

PATROLOGIÆ CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1563) PRO LATINIS,
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

LUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS. ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUI NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHIARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA. ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPECTITUR, ET AD NOVE ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET. IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO ENITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRÆ ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVE VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LVII.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,

IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUCE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIS.

1862

3

D K U U
P4
v.57

AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées: aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr gar ni de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calamités auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fêtes de la Typographie ayant forcé l'Éditeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Écriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en confier une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on cliché. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Monrother des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ici leurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres *Bénédictins Mabillon* et *Montfaucon* et des célèbres *Jésuites Petau* et *Sirmond*. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, ou se convaincra que l'in vraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les *Bénédictins*, comme les *Jésuites*, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite *Bollandiste* de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, une seule faute dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzburg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre une seule faute, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, *Bénédictin* de Solesmes, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Éditeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'Éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRÈS COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet avis par les réflexions suivantes: Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs* de Rome le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Survex* et le *Spicilege* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, nous notre impulsion, d'autres Éditeurs se préparent au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire générale*, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.

SÆCULUM V, ANNUS 407.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, ANGLICOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM
EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONIIS,
NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIO-
SISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONTFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONII,
TUM ALIHI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT,
VEL JAM EDITA, AD MANUSCRIPTORUM DILIGENTIOREM CRISIM REVOCATA SUNT,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMI SEPTIMI

PARS PRIOR.

... VENEUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMFOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE. NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIINA.

1862

ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LVII CONTINENTUR.

Homiliæ XC in Matthæum.

col. 21-472

MONITUM.

Forsitan miraberis, Lector benevole, quod dum in omnibus tum præcedentibus tum subsequenter S. Joannem Chrysostomum SS. Patribus versio Latina ad textum Græcum columna ad columnam accedit, in hacce nostra ejusdem S. Doctoris editione, pagina Latina juxta Græcam paginam tantum ponatur. Hæc causa fuit et quidem unica, quod priusquam nobis in animo fuisset integram SS. Patrum Ecclesiæ Græcæ traditionem contextere, jam quindecim abhinc annis seorsim edideramus Latine tantum S. J. Chrysostomi opera, litterisque mandaveramus immobilibus Res cum ita se haberent, et nec in manu esset litteras immobiles movere, neque in animo hujusce editionis mere Latine novem deiere volumina quæ jam integre typis immobilibus mandata erant et plures quam sexaginta millibus constiterant francis, hunc feliciter invenimus modum, non tamen sine opera et impensa, hæc aptandi huic editioni novæ, quæ sic lingua tum Græca tum Latina ditata evadit.

Pauca nunc de ipsa homiliarum in Matthæum editione prænotanda.

Chrysostomi nobis aureas in Matthæum homilias typis mandare parantibus, de recenti hujus operis editione, Cantabrigiæ ab eruditissimo viro Friderico Field adornata, indicium factum est. Quam editionem statim accessitam summa diligentia examinautes explorantesque, non potuimus quin omnibus aliis facile illam anteponeremus, doctissimo censori locum inter criticos honestissimum adscribentes. Nemo enim unquam exstitit ita sagax indefessusque codicum omnium hæc homilias continentium investigator et iudex; nemo tantam locis obscuris lucem, mutilis integritatem, perturbatis ordinationem, solæcis puritatem, dubiis firmitatem, quo demum cumque modo male habentibus sanitatem contulit. Textum igitur Græcum, qualem ediderat summus ille vir, et nos expressimus, variarum lectionum Adnotationumque paucissimis tantum, quæ minoris videbantur momenti, ob necessitates, ut aiunt, typographicas, obiter exclusis. Præterea, cum Latina Benedictinorum Interpretatio a nostro jam textu Græco sæpissime dissonaret, ipsam quidem sexcentis in locis correximus, sub iudice tamen lectore litem aliquando relinquentes; notarum autem quas margini adscriperat Moutefalconius, alias, ut quæ novæ huic recensionis congruerent, integras servavimus; alias, ubi opus fuit, ut ad correctiones nostras quadrarent, refinximus, nunc taciti, nunc etiam subscriptionem, Edr., vel, Edr. PATROL., adhibentes.

Cum vero textus Latinus stereotypice apud nos servatus jam cum Græcis propter Aniani interpretationem paginam inferiorem obtinentem quadrare non posset, hanc interpretationem ad calcem operis mandavimus et stanneas paginas frustatim dissectas et iterum agglutinatas e regione textus Græci posuimus. Ut autem paginarum series numeralis non turbaretur, columnam 89, in qua desinebat Anianus, cum sequenti 175 junximus.

256360

ΥΠΑΣΤΗΙ ΔΕΚΟΤΩ

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

HOMILIÆ IN MATTHÆVM

TEXTVM AD FIDEM CODICVM MSS. ET VERSIONVM EMENDAVIT
PRÆCIPVAM LECTIONIS VARIETATEM ADSCRIPSIT
ADNOTATIONIBVS VBI OPVS ERAT ET
NOVIS INDICIBVS INSTRVXIT

FRIDERICVS FIELD AA. M. COLLEGII SS. TRINITATIS A REGE HEN. VIII FVNDATI
UNUS E SODALITIO.

Canabrigiæ In Officina Academica, svmtibus editoris MDCCCXXXIX.

PRÆFATIO.

Quod Chrysostomo ipsi, dum in vivis erat, a lividioribus objiciebatur (a), eum prolixis exordiis auditores morari, id ne mihi quoque crimini detur, præfandi negotio intra arctissimos limites concluso, ad disertissimum Patrem Lectorem remittam. Antequam vero ad novæ editionis institutum rationemque describendam accingor, operæ pretium erit, quid ante nos in hac parte immensæ scriptorum Chrysostomicorum sylvæ excolenda editores præstiterint, breviter recensere. Nam et non leviter erravit, qui idem negotium in Præfatione sua suscepit, Montefalconius, et de veris nostri Patris editionum tum fontibus tum meritis viros etiam doctissimos in summa ignorantia versari video.

I. Statim in principio hujus argumenti, nolanda est mira Montefalconii hallucinatio, qui editione Saviliana, anno 1612 vulgata, primo loco posita, Commelinianæ secundum tribuerit, his verbis : « Anno 1617 altera prodiit editio Græco-Latina Homiliarum Chrysostomi in Matthæum atque in Joannem ex officina Commeliniana Heidelbergæ. Qui autem illam publicandam curarunt, Savilianam jam quinque ante annis emissam ne novisse quidem videntur; illa certe non usi sunt, nec ejus uspiam meminerunt. » Nec mirum. Nam editionem suam non *quinque annis post*, sed *decem annis ante* vulgatam Savilianam, videlicet anno 1602, publici juris fecerunt; eamque ipsam, ut mox videbimus, Savilius typhetæ suo exprimendam tradidit. Res autem est hæc : Prodito exemplari Anglicano, Heidelbergenses, ne sua editio prorsus obsolesceret, libros novo titulo, annum posteriorem falso ferente, instructos emiserunt; quorum unum incaute descripsit Montefalconius. Qui tamen ne sic quidem excusandus est. Nam Savilius ipse in notis ad Homilias in Matthæum sic præfatus erat : « Hisce (codicibus) accessit editio vulgata Heidelbergensis, de qua quamvis innumeris scateat erroribus, quorum magnam et certe maximam partem nos expurgavimus, tamen gratia debetur bonis illis viris, quia et prius inedita edere voluerunt, idque libris non negligentissime inspectis. » Itaque, ut ad rem redeamus, Chrysostomi Homilias in Matthæum (b) primus Græce edidit (nam de Latinis editio-

(a) Vid. Opp. tom. III, p. 145.

(b) Harum Homiliarum una et altera seorsum jam ante prodierant.

nlms nunc non dicam) Commelinus typographus Heidelbergensis, in volumine cujus inscriptio hæc est : Τοῦ ἐν ἁγίᾳ Πάτρὶς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Ἐργηεὶα εἰς τὴν κατὰ Ματθαῖον ἁγίον Εὐαγγέλιον. *Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolensis Expositio in Evangelium secundum Matthæum. Græce nunc primùm phoducitur e mss. illustriss. (a) bibliothecarum Palatinæ, Bavaræ, Augustanæ, cum interpretatione Aniani. Accedit Commentarius mere Latinus in Matthæum, vulgo attributus eidem D. Chrysostomo. Ex officina Commeliniana. Cum privilegiis.* MDCH. Quod hic de Aniani interpretatione asseritur, id non nisi de octo prioribus homiliis intelligendum est : nam in fronte hom. IX diserte legitur, *Georgio Trapezuntio interprete.* Commentarius autem mere Latinus is est, qui vulgo *Chrysostomi « Opus imperfectum in Matthæum »* nuncupatur, de quo præter alios egit Millius, Prolegom. num. 1037. De Græco hujus editionis exemplari præter Savilii testimonium supra allatum pauca monenda sunt. Codicum dissensionis in toto opere nulla mentio. Plures autem libros in Græcis constituendis evolutos esse, dubitari non potest ; in quibus tractandis editor hanc legem sibi imposuisse videtur, ut pleniore lectione in textum relata, vocabula quæ in uno aut pluribus codicibus non exstarent, uncis includeret : quam quidem regulam eo usque observavit, ut manifestissimos propter homæoteleuton defectus iisdem notis distingueret. De his notis aliud porro monendum est, videlicet per Homilias XL, XLI et XLII eas parcius disseminari ; in tribus autem sequentibus nullas exstare : unde Homilias istas ex unico codice descriptas esse, colligi potest. Post homiliam XLV rursus notantur codicum defectus, sed aliquanto, ni fallor, pauciores. Postremo ab homilia LXXXV ad ultimam textus hujusmodi signis omnino expers est. Cujus rei, cum de codicibus manu scriptis dicendum fuerit, ratio constabit. Unum addam, exemplum hujus editionis, quod olim Isaaci Casauboni fuit, Londini in Museo Britannico exstare, cujus in limine pauca quædam, ad res in primis pertinentia, notavit vir magnus, harum homiliarum, ut ex commentario ejus ad Persii satyras facto apparet, lector studiosissimus.

H. Chrysostomi Opera omnia Græce edidit Henricus Savilius, Etonæ anno 1612, in octo tomos distributa, quorum secundus Homilias in Matthæum et Joannem complectitur. Hujus ultimæ paginæ ascriptum est, *Etonæ excusum in Collegio Regali MDCX.* Typographus, ut supra diximus, exemplari Commeliniano usus est, ab ipsius Savilii manu diligentissime recognito, quod ipsum adhuc Oxonii in bibliotheca Bodleiana religiose servatur. Hic illic, in posteriore præsertim, si bene memini, voluminis parte, pro excuso archetypum manu scriptum, emendatum et illud, operæ expresserunt. De subsidiis suæ recensionis pauca nos docuit editor egregius, quæ hic exscribere non gravabor. « Harum editionem Homiliarum adornavimus, Lector, ex quinque libris manu scriptis. *Primum* nobis exhibuit bibliotheca collegii Corporis Christi Oxonii, a Serbopulo quodam, homine Græco, anno MCCCCXCIX satis negligenter et imperite scriptum, Redingæ in Anglia, XLV tantum priores Homilias continentem. *Secundum* bibliotheca illustrissimi Cæcilii comitis Oxoniensis, ab eodem Serbopulo ibidem eadem fide et diligentia scriptum anno sequente, sc. MD, reliquas posteriores complectentem. *Tertium* nobis codicem dedit bibliotheca Collegii Novi Oxonii, et *quartum* bibliotheca Universitatis Oxoniensis, Constantinopoli nuper advectum, melioris notæ et antiquum satis, non plures tamen *quemque* quam XLIV aut XLV priores representantem. *Quintum* et ultimum posteriores homilias, easque non plene continentem, sed optimæ cum primis notæ codicem, supra commemoratæ Universitatis bibliothecæ debemus. » Horum tres priores non indagavi ; quartus codex is est, ni fallor, qui hodie Bodl. 160 notatur : qui tamen non XLIV aut XLV, sed XLII tantum homilias continet. Sed præterquam quod cæteri omnes Oxonienses serius in bibliothecam venerunt, lectiones quasdam prorsus singulares, a Savilio in notis ex libro suo *Constantinopolitano* excerptas, in dicto codice Bodleiano inveni (b). Cæterum utrum quartus iste codex Savio, dum textum harum homiliarum concinnaret, ad manum fuerit, an serius,

(a) Unde novo argumento probari potest, pro hoc titulo alium postea suppositum esse. Nam de subsidiis hujus editionis Montefalconius sic : « Græca ex mss., ut credere est, Palatinis eruerunt : neque enim monuerunt, unde desumpserint.

(b) Vid. Adnot. ad pp. 240, 242, 253 (ad calcem partis secundæ hujus voluminis). Paginas intellige editionis Maurinæ quas inter uncas in textu posuimus. EDIT. PATR.)

eum ad notas ventum esset, ei innouerit, mihi quidem non liquet. Restat *quintus codex*, Bodleianus, *homilias posteriores easque non plene continens*; quem diu multumque quærens frustra fui, donec inveni, eum in Catalogo num. 3019 sub indice tenebricoso, *J. Chrysostomi Homilia aliquot*, latere. Hujus pars antiqua et membranacea non plus quam *xxi* homilias, id est, a p. 564 B ad p. 741 A complectitur; et quoad textus recensitionem arctissimam cum Regio 688 posthac describendo affinitatem præ se fert. Reliqua ejusdem voluminis pars nullum prorsus ad criticen usum habet. Itaque constat, præter librum Redingianum recentissimum et a scriba imperito descriptum, tres tantum codices Savilio præsto fuisse, duo videlicet prioris partis, et unum, eumque valde mutilum, posterioris. Hisce subsidiis sane tenuioribus quomodo usus fuerit, nunc videndum. Exemplar Heidelbergense, qui ei *Codex excusus* est, pro fundamento novæ editionis posuit. Hoc summa diligentia et fide ad codices suos, adhibito quoque vetere interprete, recognovit; errores typographicos, si non omnes, certe maximam partem, plerumque non monito lectore, exemit; distinctionem, quæ prius misere jacebat, sedulo castigavit; uncos Commelinianos, de quibus paulo ante dictum est, plurimos merito sustulit, paucis relictis alios, sed pauciores, de suo in textum intulit. Quod ad ordinem verborum attinet, in quo constituendo librarii multum inter se dissentiunt, in prioribus homiliis archetypum raro deserit; in posterioribus vero, ope, ut videtur, codicis sui, plurima novavit. Præterea varias lectiones, sed non ita frequentes, oræ libri ascripsit, more qui tunc temporis usitatus erat. Scilicet, nulla singulorum codicum mentione facta, si quid textui ab ipso recepto libri probabiliter adjiciebant, asterisco in serie posito, verba additicia, eandem notam prætententia, margini illevis; si quid mutabant, duabus lineolis transversis (‘’) ad initium verbi vel verborum, quæ e textu movenda erant, insertis, verbum vel verba, quæ ex codicibus sufficiens erant, in marginem signo *yp.* præposito retulit. Hoc vero ei infeliciter cessit, quod nullam notulam habebat, qua significaretur, ad quot vocabula sese extendat lineolarum istarum vis: quæ res Editoribus Benedictinis nonnunquam errandi occasio exstitit (a). Idem non uno loco notas *additionis* et *mutationis* inter se confundendo, novas lectiones finxerunt (b). Tertium fictarum lectionum genus ex ipsius Savilii incuria originem traxit (c). Porro observandum est Savilium plurimas, ut dixi, veteris editionis lectiones sine admonitione mutasse; si vero aliquando de correctione Lector monendus esset, lectionem a se amotam in margine cum signo *yp.* posuisse, haud secus quam si e codice quodam manu scripto excerpta fuisset. Hoc quoque est ubi Benedictinis fraudi fuit (d). Quod vero ad textus castigationem attinet, in priore operis parte, ubi plures codices ei ad manum erant, multo cautius et religiosius in mutationibus tum admittendis tum notandis versatus est; in posteriore autem; codici suo, ut videtur, nimium addictus, innumera fere novavit, de quibus neque in ora libri, neque in notis verbum monuit. Harum mutationum nonnullas aut in adnotationibus aut in variis lectionibus indicavi; plures silentio præterii. Cæterum præter notas marginales, Savilium observationes suas, paucas quidem sed bonæ frugis, in parte posteriore tomi octavi condidit; quarum maximam partem amico suo, Joanni Boisio (e), canonico Eliensi, debere se profitetur. Incepti Saviliani vere magnifici et privatum censum exsuperantis notitiam meam absolvam, postquam de toto opere monuero, operarum correctores in officio suo diligentissime versatos esse; ut non magis externo nitore, quam interiore accuratione ac fide liber emineat.

III. Ad tertiam editionem (f), quæ Morelli est, describendam Montefalconii verbis utar. « Editio Parisina Claudii [imo Caroli] Morelli anno MDCXXXVI [imo MDCXXXIII] data, Saviliana et Commeliniana inferior est, etsi ipse typographus admodum illam commendat in Monito suo. *Exemplaria*, inquit, *quibus in præsentis editione uti sumus fueri, authenticum illud Anglicanæ editionis, nunquam satis laudatum, cui religiose adhæsimus in corrigendo textu Græco, notatis prius suo quibusque loco mendis, quæ in calce ejusdem editionis accurate et*

(a) Vide Adnot. ad p. 459.

(b) Vide Adnot. ad pp. 346, 369, 615, 664.

(c) Vide Adnot. ad pp. 206, 416.

(d) Vide Adnot. ad pp. 207, 355.

(e) Hujus viri, linguæ utriusque peritissimi, exstat

libellus utilissimus, nec satis notus: *Veteris interpretis cum Beza aliisque recentioribus collatio*. Lond. 1655.

(f) Hæc editio interdum *Frontoniana* dicitur, a Frontone Duceo Jesuita nomine ducto; qui tamen Homilias in Mathæum non tetigit.

fideliſter habentur. Alterum fuit editio poſtrema Pariſienſis Latine tantum a R. P. Frontone Ducæo ſocietat. Jeſu Theologo, etc. Atqui quod ait ille ſe Anglicano exemplari, ſive Saviliano, religioſe adhæſiſſe, mirum quantum a vero aberrat: nam ab illo ſæpiſſime ita diſſonat, maxime vero quibusdam in locis, et quidem ſat frequentibus, ut planum ſit illum a labore hæc duo exemplaria conferendi vel omnino, vel ſaltem plerumque abſtiniſſe. Prorſus autem conſonant Græca Morelli cum Græcis Commelinianis; ita ut etiam voces omnes, quæ uncinis includuntur in Commeliniana editione, id quod paſſim occurrit, uncinis ſimiliter includantur in Morelliana..... Unde facile crediderim, operas Morelli typographicas ad Commelinianæ editionis fidem Græca Chryſoſtomi edidiſſe. Et tamen nulla Commelinianæ editionis mentio habetur in Monito Morelli. » Hæc veriſſime a Montefalconio dicta eſſe teſtor, præſertim quod de ſumma concordia exemplarium Morelliani et Commeliniani affirmat; ita ut, ſi a manifeſtis utriuſque operarum erroribus deceſſeris, vix decem locis ea inter ſe diſſentire exiſtitem. Itaque cum ſatis conſtet, in hac editione nihil omnino criticæ fidei aut auctoritatis ineſſe, prorſus de ea tacuiſſem, niſi duæ cauſæ obſtituiſſent: una, quod hoc ipſum exemplar, cujus depravationes tam penitus perſpectas habuit Montefalconius, ipſe ſpreto Anglicano operis ſuis imitandum dedit; altera, quod dum Græca mea ornabam, editionem Commelinianam ad manum habere non potui: poſtea vero exemplari comparato, vidi in locum Morelli Commelini nomen ubique fere ſuffici poſſe (a).

IV. Jam tandem ad Benedictinam devenimus, quæ ſummo virorum doctorum indoctorumque conſenſu ad hunc diem *Editionis optimæ* elogio decoratur. Prodiit igitur Operum Chryſoſtomi tomus ſeptimus, qui a noſtris Homiliis totus occupatur, Pariſiis anno 1727. In fronte libri de Chryſoſtomi operibus in univerſum prædicatur, EA AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, ANGLICANOS, GERMANICOSQUE, NECNON AD SAVILLANAM ET FRONTONIANAM EDITIONES, CASTIGATA ESSE. Quod hic de codicibus Vaticanis Germanicisque commemoratur, id ad alia Chryſoſtomi opera pertinet: Anglicanorum vero codicum mentio nonniſi repetita editionis Savilianæ nominatio eſt. Reſtant ergo Gallicani, quos ad initium homiliæ primæ breviter deſignavit. *Contulimus*, inquit, *codices Regios 1934, 1940, 1942. Colbert. 166, 205. Coiſlin. 66. Alium item Dom. Foucault. et Turonenſem Dom. du Poirier, Medici eruditiffimi.* Habes octo codices bene numeratos, in quorum tamen notiſſima Virum palæographicum et totum in membranarum deſcriptione verſatum equidem non agnoſco. Quod plurimum intereſt, utrum ſinguli codices integrum opus, an priorem tantum vel poſtერიorem partem contineant, id ne verbo quidem declaravit. Qua de re pauca nobis dicenda ſunt. Codicem Coiſlinianum ipſe Montef. in Bibliotheca Coiſlin. p. 129, fuſius deſcripſit: continet homilias XLV priores. Regius 1940, hodie 673, eaſdem habet. Regius 1942, hodie 666, et Reg. 1934-3, hodie 668, priores XLIV uterque numerat. Quatuor hos codices ipſe inſpexi, lectioneſque nonnullas inde excerptas, in adnotationibus cum Lectore communicavi. Regius 1934-4, hodie 685, mihi L., poſtერიorem homiliarum partem continet. De cæteris nihil compertum habeo. Cæterum codicum indicibus in fronte operis poſitis, poſtea a prima homilia uſque ad noviffimam ne unum quidem nominatim appellat; ſed *unum, duo, alios, quosdam plurimos*, hoc vel illud legere monens, umbris ac ſimulacris lectorem ludit (b). Plura de iſtius hominis codicum tractatione in adnotationibus dixi, quæ nunc repetere non placet. Summa autem hæc eſt: Codices non modo non *contulit* bonus monachus, ſed interdum etiam in locis difficilioribus, et ubi ſe hæſere profitetur, ne *inſpexit* quidem (c). Variarum lectionum ex tot ſubſidiis a ſe evolūtis vix unius codicilli meſſem collegit (d). Notularum magna pars in vitiis ed. Morellianæ

(a) Editio Morelli repetita eſt Francofurti apud B. C. Wuſtium, anno 1698.

(b) Semel quidem, p. 287, not., ad *codicum omnium emendatiſſimum* provocat, nec nominat tamen. Cf. quæ dixi in Adnot. ad p. 205. Matthæi, *Nov. Eclog.* p. 235: « Ita ergo invenit Montef. in ſuis XIV codicibus [ſc. *Homiliarum in Joannem*] apud ſuos « *quosdam*, et apud ſuos *alios*, quos nemo præter ipſum novit. »

(c) Vide Adnot. ad pp. 155, 205, et alibi. Idem Matthæio quoque perſuaſum eſt. *Nov. Eclog.* p. 7:

« Montef. tacite excluſit cōv. Nam codices inſpicere « *properanti Critico non vacabat.* » Ibid. p. 136: « Codices conſulere debebat Montef. » Ibid. p. 139: « Vetus Interpres multum diſcrepat a Græco. Hic « ergo conſulendi erant codices. » Et ſic centies.

(d) Hoc in Commentariis ad Pauli Epistoſas poſtერიores manifeſtius videtur, ubi in integra homilia *unam* interdum lectiunculam ex codicibus affert. Valck. opusc. II, p. 198: « Illud vero miror, in iſta ſplendida edit. tam raras ex codd. Regiis adnotatas legi ſcripturæ varietates. »

mere typographicis notandis insumpta est (a). Porro eas ipsas lectiones, quas quasi ex codicibus suis erutas attulit, magnam, imo maximam partem a Savilii margine sumpsit; unde ei nonnunquam accidit, ut vitiosam Ed. Commelinianæ lectionem pro codicum *quorundam* scriptura venditaret (b). Innumeris autem locis, ubi Morellus et Savilius diversa exhibent, posita utriusque lectione, hanc vel illam anteponendam *censet*, nulla omnino de libris manu scriptis mentione facta (c). Præterea etsi paulo ante in Præfatione exemplar Savilianum merito extulerat, Morellianum recte depresserat, tamen, quod mireris, hoc, non illud, castigatum, quidem ex altero *hic illic inspecto*, typographo suo commisit. Nam duas editiones eum accurate, vel etiam mediocri diligentia usum, inter se contulisse, vehementer nego. Probationes si quis quærat, eum non tam ad nostram editionem, quam ad ipsam Benedictinam nuperrime a Parisiensibus repetitam, remitto (d); in qua non paucas textus Morello-Montefalconiani depravationes ope exemplaris Saviliani sustulit editor, multo tamen plures nobis tollendas reliquit. Quod ad interpunctionem attinet, in hac quoque parte Savilio, optimo duce, deserto, totus ab archetypo suo pendet. Contra cum pagina Morelliana magna uncorum vi distincta esset, hos omnes, ne chartarum suarum nitorem obscurarent, nullo delectu aut discrimine exsulare iussit. Sectionum vel capitum partitio in edd. Commel. et Morel. nulla est: Savilius autem eo contentus erat, ut partem *moralem* a reliquo sermone secerneret. Opus a prioribus omissum tandem confecit Montefalconius, singulis homiliis in quinque sexve pericopas distributis.

Ex supra dictis cum satis evidenter appareat, in critica priorum editorum suppellectili aut nullam aut tenuissimam ad textum recognoscendum opem inesse, nova prorsus subsidia circumspeximus; quæ quidem in summa nostri operis, maxime apud Græcos, gratia et celebritate, non longe petenda erant. Hæc jam describenda sunt.

Chrysostomi Homiliarum in Matthæum codices ubique et boni et plurimi exstant. Membranacei sunt fere omnes; sæculo x ad xii scripti; in *folio*, quod aiunt, aut *quarto* majori; nitido caractere, raris scripturæ compendiis, paginis in bina segmenta oblonga divisis. Litteræ initiales, ut et verba sacræ Scripturæ singulis homiliis præposita, minio, interdum auro pictæ sunt. Cum vero prolixius opus sit, quam ut uno volumine concludatur, semper, ni fallor, in duos tomos divisum reperitur (e); quorum prior cum homilia XLIV vel XLV, interdum XLII clauditur. Utraque autem pars pro integro codice in Catalogis habetur; nec memini me operis exemplar videre, cujus prior pars cum posteriore forma et scriptura prorsus consonaret.

In priore Homiliarum parte adhibiti sunt sex codices, quorum ne unus quidem priorum editionum critico usui inservit. Hi sunt:

- A. Bibliothecæ coll. Trin. Cantab.. B. 8 4, in *quarto*, membranaceus, sæculi xii aut xiii. Continet homilias XLIV priores. Primi folii pars detrita est; cæteroquin codex integerrimus est. Venit in bibliothecam cum multis aliis codicibus Græcis, quos a cœnobio τοῦ Παντοκράτορος in monte Atho in Angliam anno 1727 invectos pretio comparavit et postea collegio legavit Ricardus Bentleius, societatis nostræ grande decus et flagellum. Librum integrum accurate contuli.
- B. Bibliothecæ coll. Emman. Cantab. I. 1, 12 et 13, in *folio*, membranaceus, sæculo xi, grandis et pulchro caractere, sed ab imperito scriba descriptus. Unus liber est, in duo volumina a compactore distractus. Codicis quod reliquum est continet homilias xxxv priores, exceptis xxv-xxix, quæ nunquam in eo exstiterunt: nam homilia tricesima numero xxv notatur. Præterea temporis damno perierunt partes, quæ sequuntur. Ab initio operis ad p. 9 A. lin. 1. : a p. 49 B. lin. 1, ad p. 50 C.

(a) Matthæi N. E. p. 121: « Καθηραπαί Morel. *καρηβαρζαί* MONTEF.— Utinam neglectis manifestis vitis editionum, codices diligentius tractasset. »

(b) Vide Adnot. ad pp. 80, 207, 355, 502.

(c) Vide Adnot. ad p. 263 et alibi. Matth. N. E. p. 215: « Commelin. et Morel. ἐπιταξ. MONTEF.— Hoc mihi mirabile est, quod, neglectis codicibus, quas quilibet inspicere potest, memorat. » Ibid. p. 253: « Morel. ἀγάλλεσθαι πλέον, ἔτι. Savil. ἀγάλλεσθαι πλέον. MONTEF.— Quid vero hic et centum locis aliis codices? Nihil, inquit. »

(d) Ed. Benedictina recusa est Venetiis anno 1755 et nuperrime Parisiis, editoris nomine celato. Hæc mihi est Ed. Bened. 2.

(e) Quinque codices, tres prioris partis, et duos

posterioris, descripsit Montef. in *Biblioth. Coisl. in* p. 129 sq. Sex prioris, et totidem posterioris, Mosquæ in bibliotheca SS. Synodi exstantes, descripsit Matthæi. *Nov. Test.* tom. IX, p. 205 sqq. Falsus est Catalogus mss. Biblioth. Reg. tom. II, p. 121, num. 662. « Ibi continentur S. Joannis Chrysostomi Homiliæ in Matthæum. Desiderantur decem priores. » Codicem inspexi, qui continet homilias vi ad xlv cum particula hom. v. Rursus sub num. 663 legitur: « Ibi continentur S. Joan. Chrys. Homiliæ in Matth. ab Hom. i ad i, xxxix, cujus finis desideratur. » Imo, continentur homiliæ i ad xx, non integræ: deinde post xx absolutam incipit hom. lxxx, omissis interjacentibus.

- lin. penult. : a p. 108 B. lin. 5. ad v. *δπερ* p. 109 C. lin. 5. : a p. 273 A. lin. 6. ad v. *τοῦτο* p. 274 A. lin. 3. : a p. 302 C. lin. 3. ad p. 353 B. lin. 5. a v. *πῶσω* p. 355 A. lin. 5. ad p. 356 A. lin. 4. : postremo omnia post p. 401 B. lin. 8. Fuit olim medici eruditi Adami Askevii, a cujus filio, patri *ὀμνύμω*, dono accepit præceptor ejus doctissimus Samuel Parr S. T. P. qui anno 1814 bibliothecæ suæ et utriusque Askevii collegii librum donavit. Hunc codicem totum contuli : quod ut commodius facere possem, usum ejus per hos duo fere annos humanissime mihi concesserunt collegii magister et socii ; quibus nunc publice gratias ago quam possum maximas.
- C. Bibliothecæ Bodleianæ, Cromwell, 19, in *folio*, vel *quarto* majori, membranaceus, sæculi xi. Codex pulcherrimus et integerrimus, magnifico ornato fulgens, continet homilias xlv priores. In exteriore duorum evangelistarii foliorum, quibus ad librum compingendum usus est artifex vetus, hæc leguntur : *Ἐπιγαλιώτισθη αὕτη ἡ βιβλος αὕτη (sic) ἡ κατὰ Ματθαῖον ἐκ τῶν ἀθῶων βαρβάρων ὑπὸ τῆς μεγαλωνύμου πόλεως, νῦν δὲ δυστυχοῦς καὶ ἀθλίας, αἴ, αἴ' ὤνήθη δὲ παρ' ἐμοῦ Σκουτερίου Στεφάνου τοῦ Ἑλταμούρη ἐπὶ ἔτους ἕα (= A. D. 1453) δι' ἄσπρων σσ'. Θεὸς διδῶη ἔπος πάλιν ἐπαναστρέψαι, ἐνθα ἐξήλαθε, ὃν τρόπον αὐτὸς οἶσ.... χεῖρας Χριστιανῶν.*
- D. Eiusdem Bibliothecæ, Barocc. 198, in *quarto* majori, membranaceus, sæculi xi. Continet homilias xlv priores. Deficit a p. 339 E. lin. 4 ad p. 340 E. lin. penult. Rursus a p. 361 D. lin. 7 ad p. 362 D. lin. 6. et a p. 421 A. lin. 3 ad p. 422 A. lin. 5. Præterea folia, quæ sequuntur, a manu recentiore suppleta sunt ; videlicet a p. 122 A. lin. 4 ad p. 123 B. lin. penult. : a v. *ἐγκαλῶν* p. 467 D. lin. 6. ad v. *ποιεῖν* p. 468 D. lin. penult. : et a p. 474 E. lin. ult. ad p. 476 A. lin. 6.
- E. Eiusdem bibliothecæ, Barocc. 235, in *folio*, membranaceus, sæculi xi. Codex integerrimus et optime notæ continet homilias xlv priores, nullo defectu.

Hos tres codices cum immensi pene laboris fuisset ad litteram excutere, trium aliorum a me accuratissime collatorum ratione habita, hoc modo tractavi : Collectis codicum Cantabrigiensium varietatibus, et in tabulas relatis, adjectis insuper lectionibus a Savilio et Montefalconio e suis codicibus notatis, ad singulos locos codicum Oxoniensium lectiones summa fide excerpti. Præterea si forte alicubi difficultatis aut obscuritatis aliquid subesse videbatur, si quando veteris interpretis verba suspicionem movebant, postremo si quem locum aut priores editores, aut etiam ipse conjecturis tentaveram, his omnibus locis codices inspexi. Hunc laborem, dum Oxonii duobus fere abhinc annis diutius commorabar, suscepi : in quo exantlando tum celeberrimæ Academiæ liberalitatem, tum optimi bibliothecarii, Bulkeleyi Bandinel S. T. P. humanitatem, satis admirari non potui. Postea sextum codicem nactus, unde plures melioris notæ lectiones ubertati meæ accesserunt, has quoque omnes aut per litteras aut repetitis itineribus, ad dictos tres codices exegi. Postremo dum textus excudebatur si quid dubitationis inciderat, promptam et strenuam mihi operam præstiterunt viri officiosissimi Henricus Woollcombe A. M. et Gulielmus Carolus Cotton A. M. Ædis Christi alumni.

- F. Musei Britannici, Arundel. 543, in *folia*, membranaceus, sæculi xi. Continet homilias priores xlv, cum defectionibus, quas nunc declarabo. Ab initio operis ad p. 30 A. : a p. 44 B. lin. 3. ad p. 46 B. lin. 4. : a p. 59 B. lin. 8. ad v. *ὥσπερ* p. 61 A. lin. penult. : a p. 71 C. lin. penult. ad p. 73 B. lin. 6. : a p. 408 B. lin. 3. ad p. 409 D. lin. 7. Porro a recenti scriba suppleta sunt, quæ sequuntur : folium primum, usque ad p. 31 C. lin. penult. : aliud folium a p. 42 B. lin. ult. ad p. 44 B. lin. 3. : duo folia a p. 219 E. lin. 1. ad p. 222 C. lin. 2. : postremo octo folia a p. 273 D. lin. 6. ad p. 284 C. lin. 8. Codicem bonæ quidem frugis, sed negligentissime scriptum ad verbum contuli.

In posteriore operis parte, cum domestici libri pauciores reperti sint, ad Parisinorum opem confugiendum erat : quo facto quinque codices numerandi sunt.

- G. Bibliothecæ coll. Trin. Cant. B. 9. 12, in *folio*, membranaceus, sæculi xi. Continet homilias xlv ad xc. Ultimam folium deest : totus liber ex humore, ut videtur, detrimentum accepit. Porro ipse scriba, dum præpropere festinat, plura ob homœoteleutoa præterlapsus est. Codex bibliothecæ accessit tempore et modo supra memoratis. Ad hunc librum pene transcriptus esse videtur Barocc. 189, bombycinus, quem hic illie tractavi.
- H. Bibliothecæ Regiæ Parisiensis Mazarinæus, hodie 687, olim 1941 et 2401, in *folio*, membranaceus, sæculi, ut videtur, xi : codex elegans, et diligenter scriptus. Continet homilias xlv—xc integerrimas ; sed omnia post p. 837 D. manu recentiore scripta sunt. Ad calcem subjicitur oratio Joannis Geometræ, cui titulus : *Τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Γεωμέτρον λόγος προσφωνητικὸς ἢ χαριστήριος εἰς τὸν ἀναγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Πάτερ, εὐλόγησον. Oratio sic incipit : Χαίρετε. Τοῦτο μοι τὸ βραχὺ καὶ μέγα τῶ λόγου προοίμιον, χαίρετε.* Codicem, si partem recentiorem excipias, diligenter contuli.
- I. Eiusdem bibliothecæ, hodie 695, olim 1939 et 2425, in *folio*, membranaceus, sæculi xi : codex pulcherrimus, et accurate descriptus. Continet homilias xlv ad xc, uno folio excepto integras. Vid. var. lect. ad p. 481 B. Totum contuli.
- L. Eiusdem bibliothecæ, hodie 685, olim 1934—4 et Colb. 400 : in *folio*, membranaceus, sæculi x. Codicis quod superstes est, incipit in hom. xlvii, p. 489 A. ; desinit in hom. lxxxix, p. 836 C. Plures habet lacunas, quas in var. lect. indicavi. Hunc codicem a se collatum esse testatur Montefalconius, quam vere, post meos labores Lector propria inspectione doceri potest. Hic tantum monebo, nonnullas lectiones, partim singulares, partim vitiosas, a Benedictinis ex hoc codice excerptas, cum

neque sua bonitate, neque aliorum subsidiorum testimonio commendarentur, a me silentio præteritas esse. Quod reliquum est, codicem ad verbum quidem non contuli; sed post alios quatuor a me accurate collatos ita excussi, ut vix ullam varietatem, quæ vel levissimum ad textum purgandum momentum haberet, aciem meam fugisse credam.

Præter dictos tres libros, quos ex duodecim ad minimum ejusdem bibliothecæ codicibus examinatione habita delegi, alios quoque in locis difficilioribus inspexi, de quibus in adnotationibus monitum est. Horum unius, Reg. 688, de quo paulo post dicturus sum, lectiones selectas in marginem retuli. Quod superest, nunquam obliviscar, quantum debeam humanitati viri laudatissimi, libris bibliothecæ Regiæ mss. jure optimo præpositi, Caroli Benedicti Hase; cujus eruditio profecto non ea est, quæ hominis novi atque ignoti præconio indigeat.

- M. Bibliothecæ coll. Emman. Cantab. I. 1. 14 et 15, in folio, membranaceus, sæculi XI aut XII, in duos tomos a bibliopecto divisus. Incipit in hom. XLVIII, p. 486 E. Præter multa folia in initio et fine desiderata, alias lacunas habet, quas in var. lect. diligenter indicavimus. In parte operis, quæ a p. 684 D. ad p. 715 D. extendit, cum cod. L. amice conspirat; cæteroquin ad cod. G. proxime accedit. Quæ autem de possessoribus codicis B. dicta sunt, ad hunc quoque cod. pertinent. Integram contuli.

Horum nonnullis versus finem operis deficientibus, in ultima homilia duo sequentes in subsidium vocati sunt.

- N. Bibliothecæ viri litteratissimi Thomæ Phillipps, baronneti, num. 1436, in folio, membranaceus, sæculi, ut videtur, XII; nitide sed parum diligenter scriptus, et interpolationibus scatens. Continet homilias tantum XXXVII posteriores, sed et initio et fine integerrimus est. Ergo totum opus in tres partes a descriptore divisum est, quod alibi factum non vidi. Hic codex ad eandem cum cod. L. familiam pertinere videtur.
- P. Regius 688, olim Medicæus, in folio, membranaceus, sæculi XI. Continet homilias XLIII ad XC integras. Codex ejusdem cum quinto Savilii recensionis est: itaque cum textu Saviliano innumeris locis, repugnantibus universis, concordat. Exempla in var. lect. passim allata sunt. Cæterum hæc recensionem a correctore quodam profectam esse nullus dubito.

Codices *Mosquenses*, qui in locis Evangelii constituendis laudantur, sunt utriusque partis sex, quorum lectiones Matthæius pro variis N. T. lectionibus attulit (a).

Præter Chrysostomi codices præsto mihi fuit Epitome quædam totius operis, ita concinnata, ut, ethiceis omissis, ea quæ ad Evangelii expositionem pertineant, contractiora quidem, sed ipsa Chrysostomi verba maximam partem referentia, auctor excerpterit. Hujus operis descriptio exstat apud Matthæi. N. T. tom. IX, p. 219: necnon in Catalogo mss. bibl. Reg. sub numeris 701, 702, 703. Præter Chrysostomum uno et fortasse altero loco laudatur ὁ Πη-λουσιώτης. Cum auctor incertus sit, *Epitomatoris* (Ep.) nomine opus indicavimus.

- Ep. Contuli exemplar, quod in bibliotheca coll. Trin. Cant. B. 7. 1. exstat, in quarto minori, membranaceum, sæculo, ni fallor, X ineunte nitidissime et diligentissime scriptum. Indicem habet: Τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἐρμηνεῖα εἰς τὰ κατὰ Ματθαῖον ἔργον Εὐαγγέλιου. Folio primo verso legitur, Βιβλίον μόνης τοῦ Παντοκράτορος. Continet præterea 1. Eusebii et Isidorii opuscula quædam, a Matthæio I. 1. recensita. 2. Epitomen Nostri Homiliarum in Joannem, eodem modo adornatam. 3. Expositionem in Lucam, quæ Tito Bostrensi vulgo tribuitur, a Peltano edita, et postea a Ducæo in *Aucturio Bibliothecæ Patrum*, Paris. 1624, tom. II. p. 702. Posterioris operis pars magna intercavit.

Chrysostomi *Flores*, sive Excerpta moralia ex omnimodis operibus ejus deprompta et in 31 capita, *De prece, De penitentia*, etc., digesta, ex *pervetusto ms. codice Moguntia invento* descripsit et cum Latina interpretatione edidit Balthasar Etzelius, Mogunt. 1603 (b). Hujus centonis usus criticus etiam Savilio suboluit in notis p. 920. « Non sum nescius plurima in his Eclogis emendari posse e fontibus, si quis venas omnes perscrutetur; quin et fontes ipsos ex his rivulis nonnunquam purgari posse (c). » Opus ineptissimum legi relegique; locorumque,

(a) Vide Adnot. ad p. 489.

(b) Etzelii opus a Morello religiosissime expressum, securus representavit Montefalconius in tomo suo XII, neglecto tum codice Coislin., tantopere a se prædicato, tum exemplari Saviliano et tribus codd. Anglicanis multo castigatius adornato. Vide quæ dixi in Adnot. p. 83 not.

(c) Fas sit mihi insigne exemplum ex Homilia

xxviii in Epist. I ad Corinth. (tom. X, p. 255) apponere. Locus in omnibus edd., etiam in Ben. 2^a, cujus curatores Regios 739 et 740 a se in subsidium vocatos esse prædicant, sic legitur: εἰ γὰρ δύναμην ἑμαυτὸν χειρώσασθαι, ἢ δεηθῆναι ἑτέρου, καὶ ποιῆσαι τοῦτο. Corrige ex Flor. p. 317, καὶ ποιῆσαι μοι τοῦτο. Porro genuinam scripturam in Regiis modo dictis diserte legi, oculatus testis adsu.

quæ ex Homiliis in Matthæum excerpta sunt, omnium, ni fallor, sedibus indagatis, lectiones nec paucas nec contemnendas, non sine magno labore nactus sum.

Theophylacti Commentarius in Matthæum, hujus operis in gratiam a nobis excussus, non-nihil subsidii attulit.

Majore, imo maximo cum fructu, contulimus Euthymii Zigabeni opus, quod magnam partem ex Chrysostomi commentariis, verbis paululum mutatis, decerptum esse, omnibus notum est. Hujus operis editio Latina a Joanne Hentenio confecta, inde ab anno 1544 exstitit : Græcus autem textus primum a Matthæio anno 1792 ex duobus codd. Mosqq. publici juris factus, nunc tandem ad ipsos fontes purgandos a nobis adhibitus est.

Quæstionem de Aniano, vetere harum Homiliarum interprete, pluribus tractavit Montefalconius in Præfatione, sect. v : quæ nunc repetere non vacat. Hujus versionis Latinæ, sæculo v confectæ, pars minima, quæ scilicet octo priores homilias continet, hodie in editis compareret : totum vero librum ab eo conversum esse, imo integram ejus versionem ad hunc diem in bibliothecarum latebris delitescere posse, probabilibus argumentis docuit Montefalconius (a).

Homilias omnes a nona ad ultimam Latine vertisse vulgo creditur Georgius Trapezuntius : quod tamen non omni ex parte verum esse docui in Adnot. ad p. 838. Utrumque interpretem post Boisium et Savilium denuo ad dissensiones codicum dijudicandas advocavi; adhibita tamen summa cautione, ne ex solutis verbosisque, interdum etiam falsis interpretum conversionibus, novas lectiones comminiscerer. Exemplari autem usus sum, quod in tomo secundo editionis Chrysostomi, Parisiis anno 1580 Latine excusæ, exstat; ubi ad calcem hom. xci hæc leguntur : *Divi Joannis Chrysostomi Homiliarum XCI in Matthæum finis, per Philipp. Montanum recognitarum ad exemplaria Græca duo vetustissima, quæ nobis suppeditaverat Regia apud Bellæ-Aquæ fontem bibliotheca.* Scilicet textu Latino integro servato, Montanus emendationes suas non ita multas in margine illevit.

Versionis Armenæ harum Homiliarum notitiam debeo viris eruditis, Benedictinæ repetitæ editoribus; qui in Corollario ad Montefalconii Præfationem hæc scripserunt : « Versionem Armenam sæculo v confectam S. Joannis Chrysostomi Commentariorum in S. Matthæi Evangelium typis vulgaverunt, duobus voluminibus in octavo, Mechitaristæ Revv. Patres Armeni in insula S. Lazari, Venetiis, anno 1826, nullis additis notis Latinis, et sine translatione ulla : ita ut nobis, Armenæ linguæ ignaris, hoc libro uti non concessum fuerit. » Librum statim comparavi, et pro mea istius linguæ scientia, quæ perquam exigua est, magna cum voluptate evolvi. Continet homilias lxx priores. Interpres Græca probe intellexit, terse ac fideliter expressit; interdum unus omnium verum vidit (b). Quantum vero utilitatis ad genuinum Nostri aurum e sordibus eruendum inde perceperimus, pro se quisque ipso opere inspecto judicare poterit (b).

Quod superest, merces meas sane locupletissimas quomodo in chartis explicuerim, breviter exponendum est. Itaque varias lectiones, ne operis per se crassioris moles supra modum excurreret, cum delectu notandas duxi. In quo adhibendo, accidit mihi, quod omnibus, credo, qui ad rem criticam tractandam paulo rudiores accesserint, ut ineunte opere nonnulla prætermitterem, quæ postea experientia doctus nullo modo contemnenda esse vidi. Hinc factum est, ut altera pars Homiliarum uberiolem variantium lectionum segetem jactare videatur; cui tamen inæqualitati, multis, quæ prius omiseram, in adnotationes relatis, remedii aliquid allatum est. Præterea si forte lectiones Oxonienses serius advenerant, quam ut suo quæque loco notarentur, de his quoque in adnotationibus sedulo monitum est.

In variis lectionibus digerendis has fere regulas secutus sum :

I. Codices, qui non memorantur, nisi forte lacuna exstet, cum textu nostro consentiunt.

(a) Huc pertinere videtur exemplum in Adnot. ad p. 634 allatum. Adde Petav. ad Synes. notæ p. 37. « Non minus falsus est idem Scaliger, dum ex Aniano, veteri Chrysostomi interprete, conjectatur *πρωταρχα* sumpsisse Chrysostomum pro *sportula* in *Prytaneo*. Verum neque apud Anianum, neque apud

Chrysost. ista leguntur. Hujus verba sunt (p. 12), οὐδὲ ἡ ἐν πρυτανεῶ στήσις. Anianus vero ita reddidit, *nec publice in Prytaneo apparata convivia*. Sic ille : *nec vulgo exstat, nec in Prytaneo sportula.* »

(b) Vide Adnot. ad pp. 83, 216, 431.

(c) Vide in primis Adnot. ad pp. 115, 117, 147.

Ubi vero codices, qui nominantur, receptam lectionem habent, cæteros pro rejecta stare, per se satis intelligitur.

II De aliis testibus, qui non nisi certis locis appellari possunt, e. g. Ep. Euth. Theoph. Flor. et Interpp. nisi diserte nominentur, nihil a Lectore colligi potest.

III. Editorum librorum lectiones semper et ubique commemorare non nostri fuit inceptum. Itaque sæpe accidit, ut lectio minus probabilis, ex uno aut pluribus codd. in margine allata; ea ipsa sit, quæ in edd. aut quibusdam, aut etiam omnibus reperitur.

IV. Ubi pro altera lectione *omnes* scripti, pro altera vero *omnes* editi libri pugnant, codicum lectione recepta, editam in margine scripsi, cum nota, « Edd. »

V. Ubi in aliqua lectione tuenda cum textu Saviliano consentiunt *omnes* codices, hanc innumeris locis, rejecta lectione Morello-Benedictina, *tacite* excudi.

VI. In ordine verborum constituendo singulis locis plures et meliores libros secutus sum, idque maximam partem non monito Lectore; cum infinitæ molis fuisset, omnes hujusmodi mutationes in tabellas referre.

Moralium initia jam ante nos distinxerat Savilius; eorumdem vero *argumenta* nunc primum e codicibus prolata sunt. Hæc in codicibus non omnibus eadem leguntur: alia nos edidimus, alia Latine versa in fronte operis dedit Morellus. De his exstat Monitum in codice Coislin. 66, quod hic exscribere nil vetat. Ἐπειδὴ ἔθος ἦν τῶ μακαριωτάτῳ Ἰωάννῃ τῷ Χρυσοστόμῳ μετὰ τὸ ἐρμηνεύσαι τὸ παρ' αὐτοῦ προτεθεὶν εὐαγγελικὸν ῥητὸν εἰς ἠθικὸν καταπαύειν τὸν λόγον, ἀναγκαῖον ἐνόμισα καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ ἐν τῷ ἠθικῷ κατὰ πλάτος εἰρημένα ἐν συντόμῳ προτάξαι, ἵνα ἔχη ὁ βουλόμενος τὴν δύναμιν τοῦ παντὸς ἠθικοῦ ἀπόως καὶ ἐν συντόμῳ εὐρίσκειν (a). Plerumque vero non in fronte operis, indicis modo, sed suis quæque locis in margine libri, quod nos fecimus, argumenta notantur.

In adnotationibus, præter ea quæ vel ad critice vel ad interpretationem necessaria videbantur, pauculas conjecturas nostras ad alia gratiosissimi Auctoris scripta pertinentes, cum Lectore communicavimus.

Postremo ad Indices consuetos accessit alius Græcus; in quo conficiendo id potissimum mihi propositum est, ut eorum commodis inserviam, qui posthac alia fortasse Chrysostomi opera purganda suscipient; quod negotium tam expeditum, quam necessarium esse, post meum laborem nemo, opinor, negabit.

Scribendam Cantabrigiæ, die XIX Aprilis MDCCCXXXIX.

(a) Hæc ipse ex codice exscripsi. Nunc video eadem a Montefalconio in *Bibl. Coislin.* p. 130 edita esse, qui tamen pro verbis τὸ παρ' αὐτοῦ προτεθεὶν,

alia αὐτὸν προτέροθεν dedit. Sed apographum meum verius esse, quis videt.

MONTEFALCONII PRÆFATIO.

Ad Homilias Chrysostomi in Novum Testamentum vel sero tandem pervenimus : ubi agmen pro more ducunt Homiliæ in Matthæum et in Joannem, quæ si tardius, quam sperabatur, in lucem prodeant, id certe non culpa evenit nostra. Ursimus enim assidue bibliopolas et typographos ; sed non ita felici conatu. An vero ex temporum difficultate, ut ipsi dictitant, opus ita protraxerint, an quod suis commodis omnia metiantur, ipsi viderint. Ut res est, jam pollicentur se in posterum celeritate præteritæ moræ molestias abstersuros esse.

Homiliæ in Matthæum, quæ XC numero totum hunc Tomum occupant, morali omni disciplina refertæ, universam Christianæ vitæ et instituti summam præ se ferunt. Hic omnes virtutis adeundæ et exercendæ modi, universæ fugiendi vitii rationes afferuntur et explanantur : nec quidquam prætermittitur quod possit aut ad sanctam aut ad improbam vitam pertinere, ut altera suscipiatur, ab altera totis viribus declinetur. Nullus in orbe Christiano liber est tot tantaque referens Christianæ ethices præcepta : nusquam Chrysostomus tanta usus est inventione, facundia, sagacitate ad mores informandos, eliminanda vitia, Christianas familias recte componendas. Quapropter jure dicebat S. Thomas Aquinas, referente Papirio Massono lib. 6 de Romanis Pontificibus, in Joanne Papa XXI, malle se uti Chrysostomi libris in Matthæum, quam possidere fruique Luletia Parisiorum : idque ab Odrado jurisconsulto, qui sub hoc Joanne Aveniono vivebat, memoriæ proditum est.

De tam præclaro opere quædam nobis hic quærenda et explicanda sunt : primo, Antiochiæne an Constantinopoli has homilias adornarit et dixerit Chrysostomus, et quo tempore ; secundo, quem interpretandi modum sit sequutus ; tertio, miscellanæ quædam observationes sequuntur ; quarto, de Manuscriptis et de Editis Græcis, Saviliano, Commeliniano, Morelliano ; quinto, de Aniani Chrysostomo cœvi interpretatione Latina ; sexto, de Georgii Trapezuntii interpretatione ab octava homilia ad finem, et quam necesse fuerit novam parare interpretationem. De singulis jam ordine agendum.

§ I. — *An Chrysostomus Antiochiæ, an Constantinopoli has habuerit homilias, et quo circiter tempore.*

In Homiliis ad libros Novi Testamenti occurrit quandoque ut pars homiliarum in eundem librum Antiochiæ, pars Constantinopoli habita fuerit. At in Matthæum Homiliæ omnes Antiochiæ dictæ sunt. Id vero testificatur passim Chrysostomus, ut Homil. VII, col. 159 : *Vos certe cum de primo consessu agitur, vos totum orbem præcedere contenditis, quoniam civitas vestra prima Christianorum nomen adhibuit. Quod referas ad illud Actuum 11, 26 : Et docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli Christiani.* Per totum autem homiliarum decursum monachos, qui magno numero in vicinis montibus degabant, commemorat et in exemplum adducit. Illud vero Antiochiam, non Constantinopolin indicat, ut in Chrysostomi scriptis passim comperitur, possetque id ex aliis confirmari locis ; sed in re perspicua tempus terere non libet.

Longe difficilius est statuere quo anno hasce homilias habuerit. Quamquam verisimile est non per unius tantum anni curriculum habitas fuisse hasce nonaginta conciones : cum maxime certum videatur, in diebus festis præcipuis alias intermixtas fuisse homilias, quæ concionum in Matthæum seriem interpellerent. In postremos autem illius presbyteratus annos harumce homiliarum tempus conjicere possumus, quantum auguror conjectura, videlicet ab anno 390 ad 398. Nam annis præcedentibus 386, 387, 388, Antiochenos, juramentis assuetos, hac de re perpetuo carpebat et insectabatur, ut videas in Homiliis ad Antiochenos, de Incomprehensibili, contra Judæos, et in aliis bene multis. At in his in Matthæum concionibus vix semel aut his hanc rem leviter tractat ; neque ultra jurandi consuetudinem apud illos vigere meminit. Aliam affert, intacta priore, conjecturam Tillemontius (a). *Agitur, inquit, in 72 (olim 73) Homilia, de malis ob primatus contentionem allatis ; nempe de altercatione inter Meletii sequaces et Paulini assectas suborta, quasi jam præterita, et ab aliquot annis sopita : unde forte credatur hasce conciones habuisse Chrysostomum jam labente presbyteratus sui tempore, post Paulini obitum, qui accidit anno 388, vel 389, atque etiam post Evagrii mortem, qui sedem occupavit per tres circiter annos.*

Recte utique ille, ut sagax erat, rem quasi admodum dubiam proposuit, ut lute fateberis, si unde conjectura ducatur explores. Postquam enim Chrysostomus hunc Evangelii locum attulit, 23, 6, col. 669 : *Amant enim primos accubitus in cænis, et primos consessus in synagogis, etc., sic infert : Hæc etsi parva videantur esse, grandium tamen sunt causa malorum. Hæc et civi-*

(a) Tillemont. tom. II, p. 370.

tales et Ecclesias everterunt. Neque a lacrymis abstinere possum, cum primos consessus audio et salutationes, et cogito quanta hinc mala Ecclesiis pariantur. Quæ jam vobis recenseri opus non est: seniores quippe id a nobis ediscere non debent. Hæc an de Meletii dissidio cum Paulino et Evagrio intelligi debeant, non satis perspectum habeo; calculum ferant eruditi. Malim conjecturam sequi meam, ex silentio de juramentis petitam. Nam, ut supra dicebam, annis 386, 387, 388, Antiochenos de jurandi consuetudine perpetuo insectabatur Chrysostomus, qui fere nihil hic de juramentis habet in tanto homiliarum decursu. Quam conjecturam firmat alia fortasse major. Annis quippe 386, 387, 388, tantum homiliarum concionumque numerum habuit Chrysostomus, tum quæ hactenus supersunt editæque fuerunt, tum quæ ab ipso memorantur, et temporum injuria perierunt, ut nullo modo potuerit hisce annis, nec fortasse sequenti, Matthæo explanando incumbere. Nam præter Homilias illas viginti duas ad populum Antiochenum, sexaginta septem in Genesim, sex septemve de Incomprehensibili, totidem contra Judæos, novem in Principium Actorum et de Mutatione nominum; tot alias hisce tribus annis habuit conciones, vix ut intelligatur quomodo hoc decursu temporis toties potuerit concionari, nedum credatur iisdem ipsis annis Matthæo explanando publicam operam dedisse.

§ II. — *Quo interpretandi et explanandi genere Chrysostomus has homilias concinnaverit.*

Non concionatorem modo, sed etiam interpretem agit Chrysostomus. Sicubi enim series verborum Evangelii, quam explanationi suæ præmittere solet sanctus doctor, aliquam præ se ferre videtur difficultatem circa tempus, vel occasionem rerum gestarum, aut circa evangelistarum eadem ipsa narrantium dicendi inter se varietatem, ea ille omnia sagaciter excutere solet. Temporum rationem observat et explorat, occasionem vel editi signi et miraculi, vel gestæ rei diligenter scrutatur; diversorum sententias circa res obscure plerumque significatas affert et examinat; si confutandæ sint, id mira exsequitur dexteritate atque ingenii acrimonia. Si qua vero inter evangelistas in narrando discrepantia esse statim videatur, id ille pro virili excutit, ostenditque illam, quæ verbo tenuis esse videtur, dissonantiam, nullam revera esse; indeque procedere, quod vel alter evangelista secundum aliam rei faciem id quod factum est referat; uti solet accidere, cum ex diversis spectatoribus eandem rem intuentibus alius aliud apprehendit; vel quod etiam diversi evangelistæ diversa signa et miracula narrent. Id quod admodum probabile, imo certum esse deprehenditur. Omnes quippe evangelistæ, postquam signa quædam speciatim recensuerunt, addere solent identidem, multa alia signa fecisse Jesum: adjiciuntque non semel, illa tanto esse numero, ut non possint recenseri. Ecquid mirum si in tanta signorum miraculorumque sylvâ alius aliud describere sit aggressus? Hinc vero miram Dei hac in re providentiam declarari contendit Chrysostomus: nam si quatuor evangelistæ res easdem eodem prorsus modo recensuissent; si singuli eadem ipsa, quæ priores narraverant, sine aliquo discrimine, sine additamento retulissent: id de industria et consulto factum esse visum fuisset. At nunc cum evangelistæ non res ut ab aliis jam descriptæ, sed ut vel ab se visæ fuerant, vel a fide dignis testibus receperant, enarrent, fidem omnino merentur. Siquidem quatuor sunt testes veraces, qui si a prioribus jam dicta referrent tantum, pro uno censi deberent.

Ad hæc vero Scripturæ literam, si quid præ se ferat difficultatis, explicat ille, et quidem recte appositeque: ita ut si quis et literam et sensum atque *moralem* disciplinam recte callere velit, is Chrysostomi Homilias in Matthæum adeat; ibique fere omnia reperiet, quæ sunt veterum monumentis testata consignataque. In omnibus homiliis moralia præcepta gravesque admonitiones extremam semper concionis partem occupant. Ibi ille subditi sibi populi vitia recenset, illumque ad virtutem capessendam acuit.

Divites sæpe carpit eos, qui intemperantius suis opibus utebantur, quique parasitorum agmine cincti, gulæ et ebrietati dabant quotidie operam. Illos autem præcipue insectatur, qui ex male partis et ex rapina opes parabant. In hoc genus hominum præsertim invehitur, nullasque non adhibet minas atque terrores, gehennam ignemque æternum intentans: qua nulla potest esse fortior contra vitium et concupiscentiam disciplina. Hac arte illicitis voluptatibus deditos frangebatur ac perterrefaciebat, ita ut præsentis contriti cordis signa darent. At semel foribus egressi, inquit, prisca repelebant: nam, ut ait ille, timor non diuturni magister est officii, et malus diuturnitatis custos est metus, nisi intercedant amor et affectus. Divitias autem juste partas in tuto loco, in cælo nempe, per manus pauperum rependas esse perpetuo decantat. Largitiones vero ex rapina vel ex usura factas, ceu munus abominabile, respuit. Innuit porro ex frequentibus monitis, multos tunc Antiochiæ fuisse, qui pauperes spoliando, facultates auferent.

Fastus, vanæ gloriæ, arrogantiaque censor perpetuus, illos exagitat qui splendidas struerent ædes, supellectilem nimiam congererent, currus ornarent auro argentoque, et sequacium famulorum turmas sibi compararent. In mulierum quoque luxum frequenter invehitur; fucum et pigmenta, queis genas et labia venustatis causa inficiebant, *παθετικῶς* describit, cultumque talem ut risu dignum traducit. Simulque deplorat juvenum lasciviam, illicitos amores, fastum etiam, quem ad usque calceorum formam ridicule extendebant. Rixas inimicitiasque proscribit, ut instituto Christiano ex diametro oppositas; amoremque fraternum commendat, ut Christi servorum tesseram.

Histrionicam et theatralia spectacula perpetuo carpit, damnat et proscribit, et jure quidem:

nam impudicissima tunc scena erat, spurcissimi actores, et impudentissimæ mulieres quæ ad histrionicam adhibebantur; ita ut nudæ comparerent in omnium conspectu, nudæ narent in piscinis aquariis ad eam rem compositis: qua peste quæ poterat esse major, quæ capitalior? Si scena quævis nonnisi cum periculo potest adiri, ecquod illud erat periculum, cum sub oculis omnium tam obscenæ res offererentur?

Sic ille vitia omnia diligenter eliminanda, virtutem studiose amplectendam docet, castitatem, amorem fraternum, injuriarum oblivionem, patientiam in adversis. Eleemosynam vero non in hisce tantum in Matthæum homiliis, sed etiam in aliis passim operibus commendat et laudat: atque fatuas virgines ideo ex thalamo nuptiali exclusas fuisse ait, quod eleemosynæ operam non dedissent.

Quodque summopere observandum, et virtutem in genere, et virtutes speciatim quaslibet, philosophiæ nomine passim celebrat: id quod etiam in aliis ejus operibus observatur. Sic col. 83, de beatæ Virginis sponso Josepho dicit: *Hic itaque multum Joseph ostendit philosophiam, neque enim accusavit illam, neque exprobravit illi, sed dimittere tantum cogitabat; et col. 228, in illud, Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam: Hoc est, inquit, virtutis causa, pro aliorum defensione, pro pietate. Justitiam enim solet semper vocare totam animæ philosophiam: et col. 230, ait in nova quam in veteri lege majorem esse philosophiam sive virtutem, et col. 273, dicit Christum nos in philosophiam induxisse; ita sexcentis in locis philosophiam pro virtute adhibet.*

§ III. — *Miscellanæ observationes ad Commentarios in Matthæum.*

Observandum est hunc Homiliarum librum a Theodoro laudari in Dialogo 2, quem inscribit, Ἀσὺχρος, ubi ejus locum affert T. 4, p. 105: *Ac quemadmodum si quis stans, medio in spatio duorum a se invicem distantium, ambabus utrinque manibus extensis, arreptos conjunxerit: ita etiam fecit ipse, Vetus Testamentum Novo, divinam naturam nostræ, sua nostris conjungens.* Qui etiam locus affertur in Actis Concilii Chalcedonensis, T. 4, p. 831. Hic vero locus habetur in Homilia 2, col. 46.

Facundus Hermianensis lib. 3, p. 113 Editionis ipsius Sirmondi anno 1629, hunc affert locum: *Quid autem hinc etiam condiscipulus prædicti Mopsuesteni Theodori Joannes Constantinopolitanus dixerit advertamus: qui exponens eundem locum Evangelii secundum Matthæum, sic ait: Ipse quidem intentius orat, ne videatur simulatio esse negotium: et sudores defluunt propter eandem iterum causam; et ne hoc dicant hæretici, quoniam simulabat agoniam: ideo et sudores sicut guttæ sanguinis, et angelus confortans eum apparuit, et mille timoris argumenta. Et ne quis dicat verborum esse figmentum: propterea et oratio. Et dicere quidem, Si possibile est, transeat, ostendit humanitatem; dicere vero, Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu, ostendit quomodo per virtutis studium et patientiam doceamur, et retrahente nos natura, subsequi Deum.* Hic locus est in Homilia 83, alias 84.

Ait Chrysostomus Homil. 17, col. 256, de illis agens qui coitum in animo fingunt, quos jam mæchatos esse Christus pronuntiavit: *Quid igitur dixerint ii qui secum habitantes habent virgines? Etenim secundum hanc legem, sexcentis rei fuerint fornicationibus, quotidie illas cum concupiscentia intuentes.* In primo autem Tomo opuscula duo habentur, quorum primum est adversus viros qui virgines secum habitantes haberent, col. 543; secundum vero, col. 561, hunc habet titulum: *Quod canonicæ sive regulares virgines cum viris habitare non debeant.* Per canonicas, ut puto, virgines (nam de virginibus hic agitur), illas intelligit, quæ virginitatem publice profitebantur, quæque virginum statum et ordinem in Ecclesia tenebant. Hæc autem duo opuscula Constantinopoli edidit, teste Palladio, qui cum Chrysostomo vixit, ejusque vitam scripsit. In hoc porro Homiliæ 17 loco discimus, id etiam Antiochiæ in usu fuisse; neque enim Chrysostomus id allaturus erat, nisi mali hujusce labes etiam Antiochiam invasisset.

Rem omnino singularem affert Chrysostomus Homilia 66, col. 630, licet in computatione sua non sit admodum accuratus. Queritur porro Antiochenos in eleemosynarum largitione nimis parcos esse. *Quod enim parce seminemus, si placeat, exploremus: utrum nempe plures sint in civitate pauperes quam divites, et quinam nec pauperes nec divites sint, sed medium locum tenentes. Decima pars civium divites, decima pars pauperes, qui nihil habent; reliqui vero sunt in medio loco positi. Dividamus ergo per egenorum numerum totam urbis multitudinem, et quantum sit dedecus videbitis. Nam admodum divites pauci sunt; qui hos sequuntur plurimi: rursus pauperes longe his pauciores sunt. Attamen cum tot sint, qui esurientes alere possint, multi sunt qui esurientes lectum petant: non quod non valeant opulenti illis facile necessaria ministrare; sed quia admodum duri inhumanique sunt. Nam si divites, et ii qui facultatibus mediocriter polent, inter se dividant eos, qui pane et vestibus egent, vix quinquaginta vel centum viris pauper unus alendus reperietur. Attamen in tanta copia eorum, qui necessaria ministrare possunt, quotidie pauperes egestatem suam deplorant. Et ut discas illorum immanitatem: Ecclesia unius admodum divitis, et unius mediocris fortunæ redditum habet: et cogites velim quot viduas, quot virgines alit quotidie: earum certe catalogus ad ter mille pertingit. Ad hæc etiam, in carcere vinclos, in xenodochio ægros, alios bene valentes, membris mutilos, altari assidentes alimentis vestisque causa, aliosque casu accedentes, sovet quotidie: neque tamen ejus facultates imminutæ sunt. Itaque si decem viri tantum paria ministrare vellent, nullus foret pauper. Certe ingentes fuisse oportet Antiochenæ Ecclesiæ facultates, quæ præter quotidianos Ecclesiæ ejusque ministrorum sumptus, posset tot viduis et virginibus, quæ ad ter mille per-*

tingebant, prætereaque tot viris, ægris, mutilis, mendicis, peregrinis victum et vestitum suppeditare. Quodque magis stupendum videatur, illi admodum divites, qui numero decimam urbis partem constituebant, ita opibus circumfluebant, ut si cuique eorum unus ex mediocri fortunæ viris adjungeretur, possent ambo tantum, quantum Ecclesia ipsa, onus sustinere. Opulentam certe civitatem, et cui par vix repefiatur: ubi decima pars civium possent singuli, adjuncto sibi mediocri facultatis viro, quatuor millibus circiter egenis quotidianum victum et vestitum subministrare.

Anomœorum impietatem sæpe oppugnat et insectatur Chrysostomus per totas in Matthæum homilias, in iis præcipue Evangelii locis, quæ Anomœi ad suam tuendam hæresim usurpabant. Sed, quod fortasse miretur quispiam, sæpius in Manichæos invehitur, qui dicebant duo esse rerum principia, duosque deos, alterum bonum, alterumque malum; Vetusque Testamentum, quasi a malo illo deo editum repudiabant. Licet enim hæc hæresis non tantas turbas daret, quantas haud ita pridem dederant Anomœi, attamen magno illi numero erant, malumque serpebat in dies latius, ita ut illa pestis ubique sensim diffunderetur, et aliquot postea sæculis imperium Constantinopolitanum in discrimen deduceret. Cum Manichæis autem aliquando etiam Marcionistas aggreditur, qui parem de duobus principiis impietatem propugnabant; Valentinianos quoque, sed rarius, carpit. Alios item non semel aggreditur, qui putabant casu et fato quoquam ferri omnia, quos etiam in aliis operibus suis identidem aggreditur.

§ IV. — De Manuscriptis deque Editionibus Saviliana, Commeliniana et Morelliana.

Homiliarum Chrysostomi in Matthæum manuscripti Codices bene multi exstant in bibliothecis Galliæ, Italiæ, cæterarumque Europæ partium, quorum si varias lectiones omnes, si amanuensium errata omnia recensere voluissemus, mirum quantum notas in ima pagina positas auxissemus; sed nullo fructu, imo cum dispendio suscepti operis. Quapropter cum delectu lectiones adhibuimus. Multaque loca in prius Editis vitiata laceraque sarsimus. Prius Editis quoque usi sumus, Savilii nempe Editione, atque illa quæ paucis postea annis ex officina Commeliniana prodiiit, ac demum Morelliana, quæ ad fidem Commelinianæ concinnata fuit. De quibus Editis quædam nobis incumbunt prælibanda atque tractanda.

Savilii Editio anno 1612 emissæ Græca solum sine Latina interpretatione complectitur, estque accurate omnino concinnata, Græca exhibet pura et emaculata, ita ut mendæ paucissimæ in illa occurrant, et ad accuratorem interpretationis latinæ non parum contulerit. Præter notas vero, quas in margine exhibet Savilius, alias quoque notas in fine octavi Tomi adjicit, tum suas, tum Boisii et aliorum quorundam. Inter illas vero notas, ut jam alias animadvertimus, Savilianæ sunt aliis sagaciores.

Anno 1617 altera prodiiit Editio Græco-Latina Homiliarum Chrysostomi in Matthæum atque in Joannem ex officina Commeliniana Heidelbergæ. Qui autem illam publicandam Editionem curarunt (a), Savilianam jam quinque ante annis emissam ne novisse quidem videntur; illa certe non usi sunt, nec ejus uspiam meminerunt; Græca ex Mss. ut credere est, Palatinis eruerunt: neque enim monuerunt unde desumpserint. In serie Græca vitia multa deprehenduntur. Interpretationem Latinam e regione Græcorum posuerunt illam quæ in Editis Chrysostomi Latinis jamdiu posita fuerat; nempe ad octo priores homilias versionem Aniani, veteris interpretis Chrysostomo supparis, ad reliquas omnes interpretationem Latinam Georgii Trapezuntii, quæ jam in Editis, ut dixi, Latinis prioribus adhibita fuerat. Editio autem isthæc Parisina Morelli nonnihil emendatior habetur, et jure quidem; nam ad illius fidem Morelliana Editio, saltem quod ad Græca pertinet, concinnata fuit, ut mox dicetur.

Editio Parisina Claudii Morelli, anno 1636 data, Saviliana et Commeliniana inferior est, etsi ipse typographus admodum illam commendat in Monito suo. *Exemplaria*, inquit, *quibus in præsentis Editione usi sumus, fuere: authenticum illud Anglicanæ Editionis, nunquam satis laudatum, cui religiose adhæsimus in corrigendo textu Græco, notatis prius suo quibusque loco mendis, quæ in calce ejusdem Editionis accurate et fideliter habentur; alterum fuit Editio postrema Parisiensis Latine tantum, a R. P. Frontone Ducao, Societat. Jesu Theologo, recensita, et ad idem Anglicanæ Editionis exemplar recognita, suppleta et correctâ; nisi quod in Homiliis super Epistolas Pauli, maxime vero postremas ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, et eam quæ est ad Hebræos, quam plurima in versione Latina locis pene innumeris decrant, quæ ex fide ejusdem exemplaris Græci supplevimus.* Atqui quod ait ille se Anglicano exemplari, sive Saviliano, religiose adhæsisse, mirum quantum a vero aberrat: nam ab illo sæpissime ita dissonat, maxime vero quibusdam in locis et quidem sat frequentibus, ut planum sit illum a labore hæc duo exemplaria conferendi vel omnino, vel saltem plerumque abstinuisse. Prorsus autem consonant Græca Morelli cum Græcis Commelinianis, ut et etiam voces omnes, quæ uncinis includuntur in Commeliniana Editione, id quod passim occurrit, uncinis similiter includantur in Morelliana. Ad hæc vero Homilia 19 in duas dividitur in Morelliana Editione, ita ut secunda pars ejusdem vigesimam constituat contra

(a) Fratres sunt Juda et Nicolaus Bonatii.

fidem omnium Codicum Græcorum, qui hic unam tantum orationem habent, ut etiam series ipsa requirit. Hac autem in re Commelinianam sequitur Editionem Morellus; non autem Savilianam, quæ non duas hic, sed unam tantum homiliam habet, ut et series ipsa, et Codices omnes postulant. Unde facile crediderim operas Morelli typographicas ad Commelinianæ Editionis fidem Græca Chrysostomi edidisse. Et tamen nulla Commelinianæ Editionis mentio habetur in Monito Morelli. De Latinis secus dicendum: nam revera ex Latina Frontonis Ducæi Editione interpretationem Latinam Aniani in octo prioribus homiliis posuerunt, et in reliquis Georgii Trapezuntii, prout exstabant in illa Editione. Etenim Fronto Ducæus interpretationes illas sexcentis in locis mutaverat, ut melius quadrarent ad Græcam seriem. In hac porro Morelli Editione Græca quædam *errata* a typographis admissa sunt; sed non tanto numero, ut conferenti cum Editione Commeliniana palam erit.

§ V. — De Aniani interpretatione Latina.

Anianus hic idem ipse hand dubie est qui Homilias septem Chrysostomi de laudibus S. Pauli apostoli Latine transtulit, quam interpretationem T. 2, col. 473 et sqq., edidimus. Nec dubitamus hunc Anianum Celedensem illum esse diaconum Pelagianum, qui Diospolitane synodo interfuit, librosque pro asserenda Pelagiana hæresi scripsit, ut probavit Joannes Garnerius Dissert. post Marium Mercatorem Cap. 7, VII. Sane ex dictis ejus liquet illum ad tuendam hominis libertatem strenue concertavisse, et Augustinum Catholicosque impugnasse, quos ille Manichæos et Traducianos appellat in Epistola sua ad Evangelium, quam Homiliis de laudibus Pauli apostoli præfiximus. Epistola vero, quam mox proferemus, ad Orontium dirigitur episcopum Pelagiano errori addictum, eaque de causa e sede pulsum. Estque prologus ad Homilias Chrysostomi in Matthæum Latine ab se conversas, ubi vehementer ille in Manichæos (sic orthodoxos vocat) invehitur. *Quid enim, inquit, ille (Joannes) magis hominibus inculcat, quam venturam naturæ suæ nobilitatem, quæ adversus Manichæi rabiem omnium recta sapientium consensu concenctuque laudatur? Laudatur autem vel in admirabilis gloriam Conditoris, vel ob concitanda studia virtutis, vel ad castiganda vitii voluntatis. Quid, inquam, pressius ille commendat, quam ingenitæ nobis a Deo libertatis decus, cujus confessio præcipuum inter nos gentilesque discrimen est? Qui hominem, ad imaginem Dei conditum, tam infeliciter sati violentia, et peccandi putant necessitate devinctum, ut is etiam pecoribus invidere cogatur. Quid ille adversus eosdem magistros potius insinuat, quam Dei esse possibilia mandata, et hominem totius vel quæ jubetur, vel suadet a Deo, capacem esse virtutis? Quo quidem solo, et iniquitas ab imperante propellitur, et prævaricanti realus affigitur. Jam vero iste eruditorum decus, cum de Dei gratia disserit, quanta illam ubertate, quanta etiam cautione concelebrat! Non enim est in alterutro aut incautus, aut nimius, sed in utroque moderatus. Sic liberas ostendit hominum voluntates, ut ad Dei tamen mandata faciendæ divinæ gratiæ necessarium ubique fateatur auxilium: sic continuum divinæ gratiæ auxilium commendat, ut nec studia voluntatis interimat. Sic ille et Catholicis, quos oppugnabat, damnabilem adscribit doctrinam, dum illos et libertatem negare, et sati violentiam in humanis actibus, atque peccandi necessitatem inducere mentitur; simulque Pelagianam sententiam suam ita obtegit, ut nihil iis, quæ de libertate et gratia postremo tradit, adscribi posse erroris videatur, quod ipsum etiam in Epistola ad Evangelium animadvertimus.*

Certum igitur est, fatente Aniano, ipsum et Homilias de laudibus Pauli apostoli et hæc in Matthæum Homilias Latine transtulisse, ut tantum doctorem Latine loquentem Catholicis Latinis opponeret. Et jure quidem ac merito Chrysostomum in hanc palæstram vocasset, si adversarii sui talem extulissent sententiam; si a malo deo, sive a malo principio peccatum necessario oriri dixissent: siquidem Chrysostomus sæpe in hisce concionibus Manichæos talia deblaterantes refellit, et profligat; si item ex violento quodam fato hanc peccandi necessitatem oriri putassent, quod perinde confutat Chrysostomus noster. Verum id ille vel ex male percepta Catholicorum sententia, vel ut dolo quopiam, talem comminiscens disciplinam, ipsis invidiam pareret, hanc affinxit orthodoxis opinionem. Quodque animadvertendum est, Anianus cum hoc unum in scopo habeat, ut fatalem illam peccandi necessitatem Chrysostomi auctoritate depellat, quod utique perquam facile est, nusquam verba Chrysostomi, ut Pelagianæ faveat hæresi, in alium sensum detorquet, id quod etiam in Homiliis de laudibus Pauli apostoli jam annotavimus Tomo 2, col. 472.

Quæritur porro utrum Anianus Homilias omnes Chrysostomi in Matthæum Latine converterit. an octo tantum illas quæ in Editis comparent; vel plures quidem, sed non universas. Fateor quidem me olim dubitavisse an Homilias illas omnes, an partem illarum tantum Anianus transtulerit. Verum re accuratius perpensa, illum omnes omnino Chrysostomi Homilias in Matthæum Latine convertisse, ni fallor, deprehendi. Sane ille ipse in Epistola ad Orontium mox edenda, se totum Homiliarum in Matthæum librum Latine redidisse non obscure innuit. Nam postquam initio dixerat: « Jubes enim, beatissime, ut « Commentarium sancti Joannis Constantinopolitani episcopi, quem in Matthæo evangelista « nonaginta et uno libro explicuit, in Latinam linguam quo possim sermone transfundam. « Quod utinam tam a nobis commode fieri possit, quam a te et opportune et utiliter imperatur; » sic, inquam, orsus postquam se totas nonaginta et unam Homilias transferre jussum esse declaravit, se totum complexisse in fine Epistolæ significat his verbis: « Hunc « igitur si satis minorem se in Latino apparere feci, non tam mihi, Domine venerabilis, quam

« tibi imputare debes, qui me ad eum transferendum tanto et auctoritatis imperio, et blando dimento caritatis hortatus es, ut illi aliquid, imo vero plurimum de honore dumtaxat styli auferre mallet, quam crimen in te diutius recusando committere. Sane pro quali- cumque hac mea opera amplissimum orationum tuarum munus reposco, etc. » Quid aliud dixit initio, quam se jussum esse nonaginta et unam homilias Chrysostomi Latine convertere? Quid aliud dicit in fine, quam se jussa complevisse? Certe si partem tantum homiliarum transtulisset, annon id dicturus erat in fine? an se librum illum transtulisset dixisset?

Nec desunt alia argumenta, quibus probatur totum Chrysostomi in Matthæum Commentarium jam a multis seculis in bibliothecis Latinis fuisse, ac sine dubio ex interpretatione Aniani. In Catalogo Bibliothecæ Pomposianæ, qui circa medium undecimi sæculi concinnatus fuit, quemque in Diario Italico totum retuli, aderat hic commentarius Latine, qui sic in Catalogo exprimitur p. 84: « Super Matthæum Joannis Chrysostomi. » Divus autem Thomas Aquinas, qui tam magnifica hunc Commentarium laude celebravit, qualem initio hujus Præfationis retulimus, ubi hunc Commentarium legere potuerat, nisi in Aniani versione, quæ tunc una ferebatur? Ad hæc autem in notis bibliothecarum Mss., quas ex Italia detuli, in Catalogo manuscriptorum Codicum Bibliothecæ S. Marci Florentiæ sequens nota legitur: « In armario, ad dexteram num. 76. S. Joan. Chrysostomi in Matthæum cum præfatione Aniani ad Orontium episcopum in charta Homiliæ 25: pars prima. » Qua nota indicatur etiam partem secundam fuisse, et fortassis tertiam et quartam. In itinere autem Italico suo Mabillonius noster p. 164, de Bibliotheca sanctæ Crucis loquens, quæ est Minorum Conventualium, hoc habet: « Alius Codex sancti Joannis Chrysostomi in Matthæum « homilias XXVI, Aniano interprete, subsequentes a Georgio Trapezuntio in latinum ver- « sas, complectitur. »

Non dubito igitur quin Anianus totum Homiliarum in Matthæum librum Latine transtulerit. Et fortassis si omnium bibliothecarum manuscripti Codices excuterentur, posset hodieque tota Aniani versio erui. Sed ad quid tantum suscipere laborem, quando totum Homiliarum librum sartum et tectum, ut ab auctore profectus est, habemus? Ecqua illa foret nova accessio, nisi ut hunc Tomum operum jam satis amplum ultra modum augetet, idque nullo operæ pretio? Quod si dixeris aliquam hinc nobis afferri notitiam circa modum, quo veteres illi Græca Latine convertebant: ecce jam illam potes ex iis quæ in publicum proferuntur expiscari. Habes septem Chrysostomi Homilias de laudibus Pauli apostoli cum Aniani interpretatione, et Homilias octo priores ejusdem in Evangelium Matthæi.

Anianus vero etsi pro illa ætate non impèritus Græcorum interpres censeri debeat: septem enim Homilias de laudibus Pauli sat feliciter transtulit, ut diximus T. 2, col. 470; at in Homiliarum in Matthæum interpretatione Latina non pari felicitate processit: nam incassum sæpe verba multiplicat, et circuitione usus ea pluribus enuntiat, quæ poterant brevius et commodius exhiberi; ut quisque videre possit. Nam octo priorum homiliarum interpretationem Aniani in ima pagina posuimus (a). Unum tamen est de quo lectorem monere non pigebit. In Homilia 5, col. 113, hæc de Jacobo fratre Domini narratur: *Narrant autem illum tam aspere vitam duxisse, ut membra ejus omnia quasi emortua essent, atque ex precandi assiduitate, dum jugiter in pavimento procumberet, frontem ejus ita obduruisse, ut genuum cameli duritiam pene attingeret, ita frequenter illam solo applicuerat.* Anianus vero hunc locum ita convertit: *Alium autem genua ejus obduruisse callo, tantamque in eo fuisse carnis incuriam, ut adhuc viventis omnia fere membra morerentur: atque assiduitate orationis, jugique ad pavementum prostratione corporis, frontem quoque ejus callo similiter obductam, ut nihil fere a cameli genibus, si duritiam spectes, discreparet.* Hic vides Anianum hæc addidisse, *genua ejus obduruisse callo*, id quod in nullis Chrysostomi Græcis exemplaribus lectum fuisse memoratur uspiam. Verum illud ex Hegesippo apud Eusebium Hist. Eccl. 1. 2, c. 23, mutuatus videtur Anianus: ibi enim hoc tantum legitur: *Adeo ut genua ipsius instar cameli obduruerint.* In lectionibus, quæ in festo S. Jacobi Minoris recitantur, hoc habetur ex Hegesippo, ut videtur, desumptum: *Cui etiam assiduitas orandi ita callum genibus obduxerat, ut duritie cameli pellem imitaretur:* de frontis vero duritie nihil, de qua tantum hic loquitur Chrysostomus.

In hac autem ad Orontium Epistola, quæ prologi vicem agit, Anianus nonaginta unam Homilias in Matthæum numerat, perinde atque Editi priores pene omnes, in quibus decima nona homilia in duas dividitur, et secunda pars, in qua oratio Dominica, *Pater noster*, etc., explicatur, vigesimam homiliam efficit, contra fidem omnium Græcorum Codicum, ubi una tantum oratio 19 totum complectitur, ut series omnino postulat. Cum isthæc homilia 19 in duas divisa fuisset, secunda pars ejus Homilia 20 inscripta fuit, et sequens, quæ vigesima erat, vigesima prima consignata est; atque ita quæ sequebantur omnes numerum auxerunt, ita ut quæ nonaginta numero erant, unam supra nonaginta postea efficerent. Utrum autem hæc mutatio ab ipso Aniano inducta fuerit, incertum est. Etsi enim in Epistola ad Orontium, quæ mox sequetur, XCI homiliæ numerentur, at potuit quispiam, facta post Aniani mortem hujusmodi mutatione, XC numero unum superaddere, quia videbat in exemplaribus Latinis nonaginta et unam homilias ferri. Certum quippe est a Latinis Homiliam 19 divisam fuisse; in exemplaribus enim Græcis nusquam exstat hujusmodi divisio. Illam vero divisionem libentius crediderim post Aniani tempora inductam, atque cum in illius ad Orontium Epistola nonaginta prius homiliæ tantum memorarentur, a nescio quo postea,

(a) In hacce novissima editione exstat ad calcem operis. Edr.

qui ob divisam in duas decimam nonam, nonaginta et unam homilias numerari videbat, in eandem Epistolam XCI numerum inductum fuisse.

§ VI. — *De interpretatione Georgii Trapezuntii, et de nova Homiliarum omnium in Matthæum a nobis adornata.*

In Editis Latinis operum Chrysostomi, itemque in Græcolatinis Commeliniano et Morelliano, post octo priores homilias, quarum interpres Latinus Anianus est, uti jam diximus, cæteræ omnes cum interpretatione Georgii Trapezuntii prodire; sed in Morelliana tam Aniani quam Georgii Trapezuntii versiones retractatæ, et in multis mutatæ comparent, ut

SANCTI PATRIS NOSTRI JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA.

COMMENTARIUS IN SANCTUM MATTHÆUM EVANGELISTAM (a).

HOMILIA I.

1. *Libri Scripturæ cur dati. Lex quando et quomodo data. Nævum Testamentum quando et quomodo datum.* — Par esset quidem nos nulla egere literarum ope, sed ita puram exhibere vitam, ut Spiritus gratia librorum instar nobis esset: ac sicut libri atramento, sic corda nostra Spiritu ipso essent inscripta. Quia vero hujusmodi gratiam depulimus, age, secundum navigationis cursum suscipiamus. Certe primum illum cursum præstantiorem fuisse, et verbis et operibus ipsis ostendit Deus. Siquidem Noe et Abrahamo nepotibusque ejus, necnon Jobo ipsique Moysi, non per literas loquebatur, sed per se ipse, quod purum in ipsis animum reperiret. Postquam autem universus Hebræorum populus in profundum nequitæ delapsus est, necesse denuo fuit ut literis et tabulis ad eorum commotionem uteretur; idque non in Veteris solum,

sed in Novi etiam Testamenti sanctis factum comperimus. Neque enim apostolis scripto quidpiam tradidit Deus, sed pro literis Spiritus gratiam se daturum illis pollicitus est: nam *Ille*, ait, *suggeret vobis omnia* (Joan. 14. 26). Ut vero discas hoc longe melius fuisse, audi quid per prophetam dicat: *Disponam vobis testamentum novum, dans leges meas in mente eorum, et in cordibus eorum scribam eas, et erunt omnes docti a Deo* (Jer. 31. 31. 33). Paulus quoque hanc declarans præstantiam, dicebat accepisse se legem, *Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus* (2. Cor. 3. 3). Quia vero post multum temporis alii circa dogmata, alii circa vitam et mores impegerunt, necessaria denuo fuit illa per literas institutio. Animadvertas velim, quantum illud malum sit; quod etsi cum tanta puritate vitam agere debeamus, ut ne libris quidem sit opus, sed librorum vice corda offerenda sint Spiritui sancto instituenda; postquam tantum honorem amisimus, atque eo redacti sumus, ut li-

(a) *Contullenus Codices Reg. 1934, 1940, 1942, Colbert. 168, 206, Catlinianum 66. Alium item Dom. Foucault, et Turouensem D. du Poirier medicæ eruditissimæ.*

erant in schedis Frontonis Ducæi : nam ipse jamdiu obierat, cum Claudius Morellus Homiliarum Chrysostomi in Novum Testamentum Editionem paravit. Hæc porro Georgii interpretatio non raro peccat in assequenda Joannis Chrysostomi mente et sententia ; id vero aliquando inde accidit, quod vitiatō Græco exemplari sit usus : atque etiam ubi mentem auctoris assequitur, ut plurimum in ordine ac serie atque in constructione verborum non placet. Ad hæc vero, cum remota et ad imam paginam posita Aniani versione nostram substituissemus, par esse videbatur, ut in reliquis etiam homiliis idem stylus eademque interpretandi ratio adhiberetur. Quapropter totum Commentarium nova interpretatione donandum censuimus, eo styli et interpretandi genere, quo in aliis multis Chrysostomi operibus usi sumus, ubi remota priori versione novam adornavimus.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

ΥΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΗΝ.

ΟΜΙΛΙΑ Α'.

α'. [1] Ἐδει μὲν ἡμᾶς μὴδὲ δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας, ἀλλ' οὕτω βίον παρέχεσθαι καθαρὸν, ὡς τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν ἀντὶ βιβλίων γίνεσθαι¹ ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, καὶ καθάπερ ταῦτα διὰ μέλανος, οὕτω τὰς καρδίας τὰς ἡμέτερας διὰ Πνεύματος ἐγγεγράφθαι. Ἐπειδὴ δὲ ταύτην διεκρουσάμεθα τὴν χάριν, φέρε καὶ τὸν δεύτερον ἀσπασάμεθα πλοῦν. Ἐπεὶ ὅτι τὸ πρότερον ἀμεινον ἦν, καὶ δι' ὧν εἶπε, καὶ δι' ὧν ἐποίησεν, ἐδήλωσεν ὁ Θεός. [2] Καὶ γὰρ τῷ Νῶε, καὶ τῷ Ἀβραάμ καὶ τοῖς ἐγγόνιοις² τοῖς ἐκείνου, καὶ τῷ Ἰωβ, καὶ τῷ Μωϋσεὶ δὲ³ οὐ διὰ γραμμάτων διελέγετο, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, καθαρὰν εὐρισκῶν αὐτῶν τὴν διάνοιαν. Ἐπειδὴ δὲ εἰς αὐτὸν τῆς κακίας ἐπέπεσε τὸν πυθμένα ἄπας τῶν Ἑβραίων ὁ δῆμος, τότε λοιπὸν⁴ γράμματα καὶ πλάκες, καὶ ἡ διὰ τούτων ὑπόμνησις. Καὶ τοῦτο οὐκ ἐπὶ τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ ἀγίων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν τῇ Καινῇ συμβάντων ἴσοι τις ἂν. Οὐδὲ γὰρ τοῖς ἀποστόλοις ἰδῶναι⁵ τι γραπτὸν ὁ Θεός, ἀλλ' ἀντὶ γραμμάτων

τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπηγγεῖλατο δώσειν χάριν· Ἐκείνος γὰρ ὑμᾶς ἀναμνήσει, φησὶ, πάντα. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτο πολὺ ἀμεινον ἦν, ἀκουσον διὰ τοῦ προφήτου τί φησὶ· Διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην καιρῆν, διδοὺς νόμους μου εἰς διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας γράψω αὐτούς, καὶ ἕσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ. Καὶ ὁ Παῦλος δὲ ταύτην ἐδεικνύμενος τὴν ὑπεροχὴν, ἔλεγεν εἰληφέναι νόμον, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίνας. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ χρόνου⁶ προϊόντος ἐξῴκειλαν, οἱ μὲν δογμάτων ἐνεκεν, οἱ δὲ βίου καὶ τρόπων, ἐδέησε πάλιν τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων ὑπομνήσεως. Ἐνόησον οὖν ἡλίκον ἐστὶ καιρὸν, τοὺς οὕτως ἀφείλοντας ζῆν καθαρῶς, ὡς μὴδὲ δεῖσθαι γραμμάτων, ἰλλ' ἀντὶ βιβλίων παρέχειν τὰς καρδίας τῷ Πνεύματι, ἐπειδὴ τὴν τιμὴν ἀπωλέσαμεν ἐκείνην, καὶ κατέστημεν εἰς τὴν τούτων χρείαν, μὴδὲ τῷ δευτέρῳ πάλιν κεκρησθαι φαρμάκῳ εἰς δέον. Εἰ γὰρ ἐγκλημα τὸ γραμμάτων δεηθῆναι, καὶ μὴ τὴν τοῦ Πνεύματος

¹ Codices A. C. D. E. ² Sic Euth. γενέσθαι E. ³ ἐγγόνιοις C. ⁴ δὲ om. D. E. Euth. ⁵ τότε λοιπὸν] Sic Euth. ἀναγκαιῶς λοιπὸν E. An. Argm. ⁶ τοῦ χρόνου] οὐ om. Euth. πολλοῦ χρόνου C. D.

ἐπισπάσασθαι ἕ χάριν, σκόπησον ἡλίχη κατηγορία, τὸ μὴδὲ μετὰ τὴν βοήθειαν ταύτην ἐθέλειν κερδαίνειν, ἀλλ' ὡς εἶπε καὶ μάτην κείμενα τὰ γράμματα περιορᾶν, καὶ μείζονα ἐπισπάσθαι ἢ τὴν κλῆσιν. Ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, προσέχωμεν μετὰ ἀκριθείας τοῖς γεγραμμένοις, καὶ μάθωμεν [3] πῶς μὲν ὁ παλαιὸς ἐδόθη νόμος, πῶς δὲ ἡ Καινὴ Διαθήκη. Πῶς οὖν ὁ νόμος ἐκεῖνος ἐδόθη τότε, καὶ πότε καὶ τοῦ; Μετὰ τὸν τῶν Αἰγυπτίων θλαθρον, ἐπὶ τῆς ἐρήμου, ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, καπνοῦ καὶ πυρός ἄνιοντος ἀπὸ τοῦ θρους, σάλπιγγος ἡχοῦσης, βροντῶν καὶ ἀστραπῶν γινομένων¹⁰, τοῦ Μωϋσέως εἰς αὐτὸν εἰσιόντος ὄν γνωφον. Ἐν τῇ Καινῇ δὲ οὐχ οὕτως· οὔτε ἐν ἐρήμῳ, οὔτε ἐν ὄρει, οὔτε μετὰ καπνοῦ καὶ σκότους καὶ γνόφου καὶ θυέλλης· ἀλλ' ἀρχομένης ἡμέρας, ἐν οἰκίᾳ, πάντων συγκαθημένων, μετὰ πολλῆς τῆς ἡμερότητος πάντα ἐγένετο. Τοῖς μὲν γὰρ ἀλογώτεροις καὶ δυσηγοῖς σωματικῆς ἔδει φαντασίας, οἷον ἐρημίας, θρους, καπνοῦ, σάλπιγγος ἡχῆς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων· τοῖς δὲ ὑψηλοτέροις καὶ καταπειθέσι καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἔνοιαν ὑπερανάβηθροῖσιν, οὐδενὸς ἦν τούτων χρεία. Εἰ δὲ καὶ ἐπ' αὐτῶν ἡχος ἐγένετο, οὐ διὰ τοὺς ἀποστόλους, ἀλλὰ διὰ τοὺς παρόντας Ἰουδαίους, δι' οὓς καὶ αἱ τοῦ πυρός ὤφθησαν γλώσσαι. Εἰ γὰρ καὶ μετὰ τοῦτο ἔλεγον, ὅτι Γλεύκουσ μεμεστωμένοι εἰσὶ, πολλῶ μᾶλλον, εἰ μὴδὲν τούτων εἶδον, ταῦτα ἂν εἶπον. Καὶ ἐπὶ μὲν τῆς Παλαιᾶς, Μωϋσέως ἀναδάντος, οὕτως ὁ Θεὸς κατέβη· ἐνταῦθα δὲ τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας εἰς τὸν οὐρανὸν, μᾶλλον δὲ εἰς τὸν θρόνον τὸν βασιλικὸν ἀνερχομένης, οὕτω τὸ Πνεῦμα κατεῖσιν. Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα ἔλαττον, οὐκ ἂν μείζονα ἦν τὰ γενόμενα¹¹ καὶ θαυμαστότερα. Καὶ γὰρ αἱ πλάκες αὗται πολλῶ βελτίους¹², καὶ τὰ κατορθώματα λαμπρότερα. Οὐ γὰρ ἐξ ὄρους κατήσαν στήλας φέροντες λιθίνας ἐπὶ τῶν χειρῶν οἱ ἀπόστολοι, καθάπερ Μωϋσῆς· ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα ἐν τῇ διανοίᾳ περιφέροντες, καὶ θησαυρὸν τινα καὶ πηγὴν δογμάτων καὶ χαρισμάτων καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀναβλύζοντες, οὕτω πανταχοῦ περιήσαν, βιβλία καὶ νόμοι γινόμενοι διὰ τῆς [4] χάριτος ἑμφυχοι. Οὕτω τοὺς τρισχιλίους, οὕτω τοὺς πεντακισχιλίους, οὕτω τοὺς τῆς οἰκουμένης ἐπισπάσαντο δήμους, τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ἐκεῖνων γλώττης τοῖς προσιοῦσιν ἅπασι διαλεγόμενου. Ἀφ' οὗ καὶ ὁ Ματθαῖος τοῦ Πνεύματος ἐμπλησθεὶς ἔγραψεν ἄπερ ἔγραψε· Ματθαῖος ὁ τελώνης· οὐ γὰρ αἰσχύνομαι κελῶν αὐτὸν ἀπὸ τῆς τέχνης, οὔτε τοῦτον, οὔτε τοὺς ἄλλους. Τοῦτο γὰρ μάλιστα δείκνυσι καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν, καὶ τὴν ἐκεῖνων ἀρετὴν.

potes, sed quibus præterito tempore militasti : etiamque agnothetam, coronarum distributores, et duces, quæ res nihili tibi prodesse valent. Quis vero dux sit in hac de qua loquimur civitate, quis primus, quis secundus, quis tertius, vel quanto quisque tempore meruerit, quidve præclare gesserit, ne per somnium quidem cogitasti. De legibus vero hujus civitatis ne alios quidem loquentes sustines audire. Quomodo igitur, dic mihi, promissa bona te consequuturum speras, qui nec dictis ad illa spectantibus attendas? Verum si id non ante præstitimus, vel nunc facere curemus. Etenim si Deus id concesserit, urbem adituri sumus auream, et quovis auro pretiosorem. Ejus ergo fundamenta discamus, ejus portas ex saphiro et margaritis structas : ductorem quippe optimum habemus Matthæum. Per ipsius namque portam nunc intramus, multoque nobis studio est opus. Nam si quempiam viderit non attentum, ejiciet ex civitate. Est quippe urbs illa maxime regia et illustris, neque ut urbes nostræ, in forum et regiam distinguitur : sed ibi omnia regia sunt. Aperiamus itaque mentis januas, aperiamus aures, et cum tremore plurimolimina transgressuri, Regem illum adoremus : nam vel primus congressus sectatori terrorem incutere valet. Modo quidem portæ istæ nobis occlusæ

sunt : quando autem istas apertas videbimus (hæc est enim quæstionum solutio), tunc multum intus fulgorem conspiciemus. Spiritus enim oculis ductus publicanus hic, omnia se tibi ostensurum esse pollicetur : ubinam Rex sedeat, quinam de exercitiis illi adsint ; ubinam sint angeli, ubi archangeli : quis novis istius urbis civibus sit deputatus locus ; quæ sit via istuc ducens ; quam sortem acceperint ii, qui sunt primum istic cives admissi, et post hos secundi, ac deinde tertii : quot sint illorum civium ordines, quot senatum constituant, quot dignitatum discrimina. Ne itaque cum tumultu et strepitu ingrediamur, sed cum silentio mystico. Si enim in theatro cum magno silentio Imperatoris literæ leguntur : multo magis in hac urbe omnia sedari oportet, atque arrectis animis et auribus standum est¹. Non enim terreni cujuspiam regis, sed angelorum Domini scripta legenda sunt. Si ita nos componere voluerimus, ipsa Spiritus gratia cum magna diligentia nos deducet, ad ipsamque regium solium accedemus, bonaque omnia consequemur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

¹ Morel., *arrectis auribus standum est.*

HOMILIA II.

CAP. I. v. 1. *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.*

1. *Attentione audientium excitata, descriptionem regni caelestis adoritur.* — An meministis admonitionis, qua nuper vos hortati sumus, ut cum omni silentio et mystica quiete dicta omnia audiretis? Nunc autem sacra limina hodie adituri sumus ; ideoque vobis adhortationem illam in mentem revocavi. Nam si Judæi ad montem ardentem, ad igneam, ad caliginem, ad tenebras et procellam accessuri ; imo non accessuri, sed ea audituri eminus et visuri, tribus ante diebus ab uxoribus abstinere jubebantur, vestesque abluere ; atque in timore ac tremore debebant, Moysesque cum ipsis : multo magis nos talia audituri verba, non procul a monte fumante stantes, sed ipsum ingressuri cælum, majorem debemus exhibere philosophiam, non vestimenta abluentes, sed animæ stolam abstergentes, et ab omni sæcularium rerum commixtione liberi. Non enim caliginem videbitis, non fumum, non procellam ; sed ipsum Regem sedentem in solio ineffabilis illius gloriæ, angelosque et archangelos ipsi adstantes, sanctorumque populos cum innumerabili illorum cœtu. Talis quippe est civitas Dei, Ecclesiam primitivorum habens, spiritus justorum, angelorum frequentiam, sanguinem aspersionis, quo omnia copulantur, cælum terrena suscipit, et terra cœlestia :

et jam olim desiderata pax angelis atque sanctis donata est. In hac urbe crucis tropæum illustre illud et conspicuum erectum est : spolia Christo parata, exuvie naturæ nostræ, manubiæ Regis nostri : quæ omnia ex evangeliiis accurate discemus. Si cum congruente quiete sequaris, poterimus te per cuncta circumducere, ostendereque tibi ubinam mors affixa jaceat, ubi peccatum suspensum sit, ubi plurimæ ac mirabiles ex hoc bello, ex hac pugna manubiæ. Videbis et tyrannum vinctum cum multitudine captivorum sequente, et arcem, ex qua impurus ille daemon, præterito tempore, incursus in omnia faciebat : videbis etiam furis latibula et speluncas, diruptas quidem et patefactas : nam ibi quoque Rex adfuit. Verum ne fatiscas, dilecte : neque enim si quis bellum sub sensum cadens enarraret, si tropæa, si victorias, hæc cum fastidio exciperes ; imo nec cibum, nec potum hæc narrationi anteponeres. Quod si illa jucunda est narratio, multo magis hæc erit. Perpende enim quantum illud sit audire, quomodo Deus de cælo, deque regio solio surgens, in terram, inque ipsum infernum eruperit, et in acie steterit : quomodo diabolus aciem et ipse suam contra Deum instruxerit ; imo non contra Deum nudum, sed Deum in natura absconditum humana. Quodque mirabile est, mortem morte solutam videbis, et maledictum maledicto sublatum ; et

per quæ diabolus ante valebat, per eadem ejus solutam tyrannidem. Exurgamus igitur, et somnum depellamus: ecce portas video nobis apertas; sed cum omni modestia ac tremore ingrediamur, statim limina petentes. Quæ sunt isthæc limina? *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.* Quid dicis? de unigenito Dei Filio te loquuturum esse pollicebaris, et Davidem memoras, hominem post mille generationes natum, ipsumque dicis esse et patrem et proavum? Exspecta, ne simul omnia ediscere quæras; sed sensim atque paulatim. In limine solum stas, adhuc in ipso ostio; quid festinas ad interiora? Nondum exteriora omnia probe explorasti: neque enim illam tibi generationem adhuc recenseo; imo neque illam quæ post sequitur, quæ ineffabilis et arcana est. Hocque tibi ante me Isaiæ propheta denuntiat: siquidem ejus passionem prædicans, ipsiusque circa orbem terrarum providentiam¹: admirans quis cum esset quid factus sit, quove descenderit, magna et clara voce exclamando dixit: *Generationem ejus quis enarrabit (Isai. 53. 8)?*

2. *Incaratio quantum stupenda; quomodo nos exaltet. Christus Vetus Testamentum Novo adjunxit. In Veteri Testamento figura, in Novo veritas.*— Non ergo de illa generatione nobis sermo est, sed de hac inferiore et terrena, quæ innumeros sui testes habet. De hac porro pro virili nostra secundum acceptam Spiritus gratiam, sic sermonem instituemus. Neque tamen hanc cum omni perspicuitate explicare possumus: nam et ipsa quoque admodum stupenda est. Ne itaque exigua te audire putes, dum hanc audis generationem; sed mentem excita, et statim exhorresce, Deum in terram venisse audiens. Illud enim sic admirandum, sic inexpectatum erat, ut angeli in chororum collecti super hac re pro toto orbe laudem gloriamque concinerent, et prophetæ jam olim de hac re obstupescerent, quod in terra visus et cum hominibus conversatus sit (*Baruch. 3. 38*). Etenim admodum stupendum est audire, Deum ineffabilem, inenarrabilem, incomprehensibilem, Patri æqualem, per virginem venisse vulvam, et ex muliere nasci dignatum esse, avosque habere Davidem et Abrahamum. Et quid dico Davidem et Abrahamum? Nam quod horribilius, etiam mulieres illas meretrices², quas paulo ante memoravi. Hæc audiens, animum erige, et nihil vile suspiceris: illudque maxime mirare, quod Filius, et genuinus Filius Dei sine principio existentis se filium Davidis audire passus sit, ut te faceret Dei filium: passus est se patrem habere servum, ut tibi servo patrem faceret Dominum. Viden' statim a principio quænam sint evangelia? Quod si de tuis dubitas, ab iis quæ ad ipsum spectant hæc ut credas inducaris. Longe enim difficilius est, quantum ad humanum intellectum pertinet, Deum hominem fieri, quam homi-

nem Dei filium esse. Cum igitur audis Filium Dei filium esse Davidis et Abraham, dubitare jam desin', te filium Adæ filium Dei futurum esse. Neque enim frustra et incassam seipsum ita humiliasset, nisi nos exaltaturus esset. Natus est enim secundum carnem, ut tu nascereris secundum spiritum: natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse mulieris. Ideoque duplex generatio fuit, et quæ similis nostræ esset, et quæ nostram³ exsuperaret. Etenim ex muliere nasci nobis competit; nasci autem non ex sanguine, non ex voluntate viri et carnis, sed ex Spiritu sancto, generationem nos exsuperantem et futuram prænuntiat, quæ ex Spiritu nobis concedenda erat. Quin et cætera quoque omnia hujusmodi erant. Etenim tale erat et lavacrum: quidpiam enim ex veteri, quidpiam etiam ex novo habebat. Nam a propheta baptizari, per illud vetus exprimebatur: Spiritum autem sanctum descendere, novum subindicabat. Ac quemadmodum si quis in medio stans, duos alios sejunctos, expansis suis arreptisque illorum utrinque manibus, conjunxerit: ita et ille fecit, Vetus Testamentum Novo adjungens, naturam divinam humanæ, sua nostris. Viden' urbis hujusce fulgorem, quantumque te a principio collustraverit? quomodo tibi regem statim ostendit in tua specie, quasi in medio exercitu? Neque enim tibi rex semper dignitatem suam ostendit, sed missa purpura et diademate, militarem sæpe vestem induit. Sed tibi quidem, ne notus cum sit, hostes ad se attrahat; hic contra, ne notus cum sit, hostem ex conflictu timore in fugam vertat, neve suos conturbet: salutem enim ipsis, non terrorem afferre studet. Ideo statim ipsum illo nomine vocavit, nempe Jesum. Hoc quippe nomen Jesus non est Græcum; sed Hebraica lingua sic appellatur Jesus; id quod Græce significat, *Σωτήρ*, Salvator: Salvator porro dicitur, quod salvum faciat populum suum.

3. Vides quomodo auditorem erexit, consueto more verba faciens, ac per ea quæ dicit, illa quæ spem superant nobis omnibus indicat? Nam utriusque nominis magna erat apud Judæos cognitio. Quia enim inexpectata quædam agenda erant, jam nominum figuræ præcesserant; ita ut jam olim omnis novitatis tumultus præreptus esset. Jesus enim vocatur qui, post Moysen, populum in terram promissionis introduxit. Vidisti figuram, vide et veritatem. Ille in terram promissionis, hic in cælum et in cælestia bona: ille post mortem Moysis, hic postquam lex cessavit: ille ut populi dux, hic ut rex. Sed ne Jesum audiens ex nominum similitudine decipiaris, aliud subdidit: *Jesu Christi filii David.* Ille vero non ex Davide, sed ex alia tribu erat. Sed cur librum vocat generationis Jesu Christi, cum tamen non solam

¹ Alii, *misericiordiam.*

² Vox, *meretrices*, deest in Manuscriptis plurimis.

³ Savil. et Morel., *naturam nostram.* Sed vox, *naturam*, deest in omnibus pene Manuscriptis, nec exprimitur ab Aniano. Nam vox, *nostram*, refertur ad vocem, *generatio*, supra.

ἀναστάς τῶν βασιλικῶν, καὶ εἰς τὴν γῆν, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν ἄδην ἤλατο ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἔστη· πῶς δὲ ⁶⁵ ἀντιπαρετάξατο ὁ διάβολος, μᾶλλον δὲ οὐ Θεῷ γυμνῷ, ἀλλὰ Θεῷ ἀνθρωπίνῃ κρυπτομένῃ φύσει. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι θανάτῳ θάνατον ἔφει λυόμενον, καὶ κατάρων ἀφανιζομένην κατάρω, καὶ δι' ὧν Ἰσχυσεὶν ὁ διάβολος, διὰ τούτων αὐτοῦ καταλυομένην τὴν τυραννίδα. Διαναστῶμεν τοίνυν, καὶ μὴ καθεύδωμεν· ἰδοὺ γὰρ ὄρω τὰς πύλας ἡμῖν ἀνοίγομένας· ἀλλ' εἰσιώμεν μετὰ εὐταξίας ἀπάσης καὶ τρόμου, τῶν προθύρων αὐτῶν εὐθέως ἐπιβαίνοντες. Τίνα λέγει ταῦτα τὰ πρόθυρα; *Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.* Τί λέγει; περὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ διαλέξεσθαι ⁶⁶ ἐπιγγεῖλω, καὶ τοῦ Δαυὶδ μνημονεύει, ἀνθρώπου μετὰ μυρίας γενεὰς γενομένου, καὶ αὐτὸν εἶναι φῆς καὶ πατέρα καὶ πρόγονον; Ἐπίσχες, καὶ μὴ πάντα ἀδρόως ζῆται μαθεῖν, ἀλλ' ἡρέμα καὶ κατὰ μικρὸν. Ἐν γὰρ τοῖς προθύροις ἔστηκας ἔτι παρ' αὐτὰ τὰ προπύλαια· τί τοίνυν σπεύδεις πρὸς τὰ ὄθυτα; Οὐπω τὰ ἐξω καλῶς κατώπτυσσας ἄπαντα. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνην σοι τέως διηγήσομαι τὴν γέννησιν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὴν μετὰ ταῦτα· ἀνέκφρατος γὰρ καὶ ἀπόβρῃτος. Καὶ πρὸ ἐμοῦ σοι τοῦτο ὁ προφήτης εἶπεν Ἡσαίας· ἀνακηρύττων γὰρ αὐτοῦ τὸ πάθος καὶ τὴν πολλὴν ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης κηδεμονίαν, καὶ ἐκπληττόμενος τίς ὢν τί γέγονε, καὶ τοῦ κατέβη, [21] ἀνεβόησε μέγα καὶ λαμπρὸν οὕτω λέγων· *Τὴν γενεάν αὐτοῦ εἰς διηγήσεται;*

β'. Οὐ τοίνυν περὶ ἐκεῖνης ἡμῖν ὁ λόγος νῦν, ἀλλὰ περὶ ταύτης τῆς κάτω, τῆς ἐν τῇ γῆ γενομένης, τῆς μετὰ μυρίων μαρτύρων. Καὶ περὶ ταύτης δὲ, ὡς ἡμῖν δυνατὸν εἰπεῖν δεξαμένους τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν, οὕτω διηγησόμεθα. Οὐδὲ γὰρ ταύτην μετὰ σαφηνείας πάσης παραστήσοι· ἐνὶ ἐπιπέδῳ αὐτῆ φρικωδεστάτη. Μὴ τοίνυν μικρὰ νομίσης ἀκούειν, ταύτην ἀκούων τὴν γέννησιν· ἀλλ' ἀνάστησόν σου τὴν διάνοιαν, καὶ εὐθέως φρίξον, ἀκούσας ὅτι Θεὸς ἐπὶ γῆς ἤλθεν. Οὕτω γὰρ τοῦτο θαυμαστὸν καὶ παράδοξον ἦν, ὡς καὶ τοὺς ἀγγέλους χορὸν ὑπὲρ τούτων στήσαντας τὴν ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τούτοις ἀναφέρειν εὐφροσύνην, καὶ τοὺς προφήτας ἀνωθεν τοῦτο ἐκπλήττεσθαι, ὅτι· *Ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναρσεστέραθη.* Καὶ γὰρ ⁶⁷ ἀπόδρα παράδοξον ἀκούσαι, ὅτι ὁ ⁶⁸ Θεὸς ὁ ἀπόβρῃτος ⁶⁹, καὶ ἀνέκφρατος, καὶ ἀπερινόητος, καὶ τῷ Πατρὶ ἴσος, διὰ μήτρας ἤλθε πρηνεικῆς, καὶ γενέσθαι ἐκ γυναικὸς κατεδέξατο, καὶ σχεῖν προγόνους τὸν Δαυὶδ καὶ τὸν Ἀβραάμ. Καὶ τί λέγω τὸν Δαυὶδ καὶ τὸν Ἀβραάμ, ἰδὲ γὰρ δὴ φρικωδέστερον, τὰς γυναῖκας ἐκείνας ⁷⁰, ὧν ἀρτίως ἐμνήσθημεν. Ταῦτα ἀκούων, ἀνάστηθι, καὶ μηδὲν ταπεινὸν ὑποπτεύσης, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸ μάλιστα θαύμασον, ὅτι Υἱὸς ὢν τοῦ ἀνάρχου Θεοῦ, καὶ γνήσιος Υἱὸς, ἠνέσχετο ἀκούσαι καὶ Δαυὶδ υἱὸς, ἵνα σὲ ποιήσῃ υἱὸν Θεοῦ· ἠνέσχετο πατέρα αὐτῷ γενέσθαι δοῦλον, ἵνα σὺ τῷ δούλῳ Πατέρα ποιήσῃ τὸν Δεσπότην. Εἶδες ἐκ προοιμίων εὐθέως οἶα τὰ εὐαγγέλια;

Εἰ δὲ [22] ἀμφιβάλλεις περὶ τῶν σῶν, ἀπὸ τῶν ἐκείνου καὶ ταῦτα πίστευε. Πολὺ γὰρ δυσκολώτερον, ὅσον εἰς ἀνθρώπινον λογισμόν, θεὸν ἀνθρωπῶν γενέσθαι, ἢ ἀνθρωπῶν υἱὸν Θεοῦ χρηματῆσαι. Ὅταν οὖν ἀκούσης, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ υἱὸς τοῦ Δαυὶδ ἔστι καὶ τοῦ Ἀβραάμ, μὴ ἀμφιβάλλε λοιπὸν, ὅτι καὶ σὺ, ὁ υἱὸς τοῦ Ἀδάμ, υἱὸς ἔσῃ τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲ γὰρ εἰπὴ καὶ μάτην τοσοῦτον ἑαυτὸν ἐταπεινώσεν, εἰ μὴ ἐμελλεν ἡμᾶς ἀνοψοῦν. Ἐγεννήθη γὰρ ⁷¹ κατὰ σάρκα, ἵνα σὲ γεννηθῆς κατὰ πνεῦμα· ἐγεννήθη ἐκ γυναικὸς, ἵνα σὺ παύσῃ γυναικὸς ὢν υἱός. Διὰ τοῦτο διπλῆ γέγονεν ἡ γέννησις, καὶ οἰκουῖα ἡμῖν, καὶ υπερβαίνουσα τὴν ἡμετέραν. Τὸ μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς γεννηθῆναι ἡμῖν συνέβαινε· τὸ δὲ μὴ ἐξ αἵματος, μηδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς ἢ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ ⁷² Πνεύματος ἁγίου, τὴν υπερβαίνουσαν ἡμᾶς καὶ τὴν μέλλουσαν προανεφῶναι ⁷³ γέννησιν, ἣν ἡμῖν ἐμελλεν ἐκ Πνεύματος χαρίζεσθαι. Καὶ πάντα δὲ τὰ ἄλλα τοιαῦτα ἦν. Καὶ γὰρ τὸ λουτρὸν τοιοῦτον ⁷⁴· εἶχε γὰρ τι τοῦ παλαιοῦ, εἶχέ τι καὶ τοῦ καινοῦ. Τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ προφήτου βαπτισθῆναι, τὸ ⁷⁵ παλαιὸν ἐδείκνυ· τὸ δὲ Πνεῦμα ⁷⁶ καταβῆναι, τὸ νέον ὑπέγραψε ⁷⁷. Καὶ καθάπερ τις ἐν μεταίχμιῳ στάς, δύο τινῶν ἀλλήλων διεστηκότων, ἀμφοτέρας ἀπλώσας τὰς χεῖρας ἐκατέρωθεν λαβῶν συνάψαιεν· οὕτω καὶ αὐτὸς ἐποίησε, τὴν παλαιὰν τῇ καινῇ συνάπτων, τὴν θείαν φύσιν τῇ ἀνθρωπίνῃ, τὰ αὐτοῦ τοῖς ἡμετέροις. Εἶδες τὴν ἀστραπὴν τῆς πλεως, ὅση σε ἐκ προοιμίων κατηύρασε τῇ λαμπηδόνι; πῶς σοι τὸν Βασιλέα εὐθέως ἐδείξεν ἐν τῷ σῶ σῆματι, ὡσανεὶ ἐν στρατοπέδῳ; Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ τὴν οἰκειαν ἀξίαν φαίνεται ἔχων διηνεκῶς ὁ βασιλεὺς, ἀλλὰ τὴν ἀλουργίαν ἀφελὲς καὶ τὸ διάδημα, στρατιώτου σχῆμα ὑπέδου πωλλάκις. Ἄλλ' ἐκεῖ μὲν, ἵνα μὴ [23] γνώριμος γενόμενος ἐφ' ἑαυτὸν ἐλευσὴ τὴν πολεμίου ἐνταῦθα δὲ τὸναντιόν, ἵνα μὴ γνώριμος γενόμενος, φυγεῖν παρασκευάσῃ τῆς πρὸς αὐτὸν συμπλοκῆς τὸν ἐχθρὸν, καὶ τοὺς οἰκείους διαταράξῃ πάντας· σῶσαι γὰρ, οὐκ ἐκπλήξαι, ἐσπούδασε. Διὰ τοῦτο καὶ εὐθέως αὐτὸν ἀπὸ ταύτης ἐκάλεσε τῆς προσηγορίας, Ἰησοῦν προσειπών. Τὸ γὰρ Ἰησοῦς τοῦτο ὄνομα οὐκ ἔστιν Ἑλληνικόν, ἀλλὰ τῇ Ἑβραίων φωνῇ οὕτω λέγεται Ἰησοῦς· ὁ ἔστιν εἰς τὴν Ἑλλάδα γλωττῶν ἐρμηνεύμενον, Σωτήρ· Σωτήρ δὲ, ἀπὸ τοῦ σῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ.

γ'. Εἶδες πῶς ἀνεπτέρωσε τὸν ἀκροατὴν, τὰ τε ἐν συνηθείᾳ φθεγγόμενος, καὶ δι' αὐτῶν τὰ ὑπὲρ ἐλπίδα πᾶσιν ἡμῖν ἐμψήνας; Καὶ γὰρ ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων τούτων πολλὴ ἡ γνώσις παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἦν ⁷⁸. Ἐπειδὴ γὰρ παράδοξα ἦν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ οἱ τῶν ὀνομάτων προέδραμον τύποι· ὥστε ἀνωθεν πάντα καινοτομίας προαναίρεθῆναι θέρυδον. Καὶ γὰρ Ἰησοῦς ⁷⁹ ὁ μετὰ Μωϋσέα εἰσαγαγὼν τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας λέγεται. Εἶδες τὸν τύπον; βλέπε τὴν ⁸⁰ ἀλήθειαν· Ἐκεῖνος εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, οὗτος εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθὰ· ἐκεῖνός μετὰ τὸ τελευτῆσαι Μωϋσέα, οὗτος μετὰ τὸ παύσασθαι τὸν νόμον· ἐκεῖ-

⁶⁵ δὲ + Θεῷ E. ⁶⁶ διαλέξεσθαι pr. D. διαλέγεσθαι E. ⁶⁷ Καὶ γὰρ] + καὶ B. ⁶⁸ ὁ om. C. D. his om. Edd. ⁶⁹ ἀπόβρῃτος] ἀπρόβριτος E. ⁷⁰ ἐκείνας] + τὰς πόρνας Edd. ⁷¹ γὰρ] μὲν γὰρ E. ⁷² ἀλλ' ἐκ] Sic B. ceteri ἀλλά. ⁷³ προαναφώνει B. An. ⁷⁴ τοιοῦτον] + ἦν B. ⁷⁵ τό] καὶ τό B. ⁷⁶ τὸ δὲ Πν.] τῷ δὲ Πν. C. D. τὸ (pr. τῷ) δὲ τὸ Πν. E. ⁷⁷ ὑπέγραψε Edd. ⁷⁸ ἦν om. A. C. E. ⁷⁹ Ἰησοῦς ante λέγεται collata A.

νος ὡς δημαγωγός, οὗτος ὡς βασιλεύς. Ἄλλ' ἵνα μὴ Ἰησοῦν ἀκούσας διὰ τὴν ὁμωνυμίαν πλανηθῆς, ἐπήγαγεν· Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ. Ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἦν τοῦ Δαυὶδ, ἀλλ' ἐτέρας φυλῆς. Τίνος δὲ ἔνεκεν βίβλιον αὐτὴν γενέσεως καλεῖ Ἰησοῦ Χριστοῦ; καίτοιγε οὐ τοῦτο ἔχει μόνον τὴν γέννησιν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν. Ὅτι πάσης τῆς οἰκονομίας τὸ κεφάλαιον τοῦτο, καὶ ἀρχὴ καὶ ρίζα πάντων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν γίνεται. Ὡσπερ οὖν βιβλίον οὐρανοῦ καὶ γῆς καλεῖ Μωϋσῆς, καίτοιγε οὐ περὶ οὐρανοῦ [24] καὶ γῆς διαλεχθεὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἐν μέσῳ πάντων· οὕτω καὶ οὗτος ἀπὸ τοῦ κεφαλαίου τῶν κατορθωμάτων τὸ βιβλίον ἐκάλεσε. Τὸ γὰρ ἐκπλήξεως γέμον κα' ὑπὲρ ἐλπίδα καὶ προσδοκίαν ἄπασαν, ἀνθρώπων γενέσθαι Θεόν· τούτου δὲ γενομένου, τὰ μετὰ ταῦτα ἅπαντα κατὰ λόγον καὶ ἀκολουθίαν ἔπεται.

Τίνος δὲ ἔνεκεν οὐκ εἶπεν, Υἱοῦ Ἀβραάμ, καὶ τότε, Υἱοῦ Δαυὶδ; Οὐχ ὡς τινες οἴονται, κάτωθεν ἄνω βουλόμενος ἔλθειν· ἐπεὶ ἐποίησεν ἄν, ὅπερ καὶ ⁸¹ ὁ Δουκᾶς· νῦν δὲ τοῖναντίον ποιεῖ. Τίνος οὖν ἔνεκεν τοῦ Δαυὶδ ἐμνημόνευσεν; Ἐν ⁸² τοῖς πάντων στόμασιν ὁ ἄνθρωπος ἦν, ἀπὸ τε τῆς περιφανείας, ἀπὸ τε τοῦ χρόνου· οὐ γὰρ πάλαι ἦν τετελευτηκώς, ὡσπερ ὁ Ἀβραάμ. Εἰ δὲ ἀμφοτέροις ἐπηγγεῖλατο ὁ Θεός, ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνο μὲν, ὡς παλαιόν, εἰσιγάτο· τοῦτο δὲ, ὡς πρόσφατον καὶ νέον, ὑπὸ πάντων περιεφέρετο. Αὐτοὶ γοῦν λέγουσιν· *Οὐκ ἐκ τοῦ σπέρματος Δαυὶδ καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κόμης, ὅπου ἦν Δαυὶδ, ἔρχεται ὁ Χριστός.* Καὶ οὐδεὶς αὐτὸν υἱὸν Ἀβραάμ, ἀλλὰ πάντες υἱὸν Δαυὶδ ἐκάλουν· καὶ γὰρ καὶ διὰ τὸν χρόνον, ὡς ἔφθην εἰπὼν, καὶ διὰ τὴν βασιλείαν, μᾶλλον ἐν μνήμῃ πᾶσιν οὗτος ἦν. Οὕτω γοῦν καὶ οὐς ἐτιμῶν βασιλέας μετ' ἐκείνου ἐξ ἐκείνου ἅπαντας ἐκάλουν, καὶ αὐτοὶ καὶ ὁ Θεός. Καὶ γὰρ καὶ Ἰεζεκιήλ, καὶ ἕτεροι δὲ προφήται, λέγουσιν αὐτοῦς παραγίνεσθαι Δαυὶδ καὶ ἀνίστασθαι, οὐ περὶ ἐκείνου λέγοντες τοῦ τετελευτηκώτος, ἀλλὰ τῶν ζηλούντων τὴν ἀρετὴν τὴν ἐκείνου. Καὶ ⁸³ τῷ Ἐζεκιᾷ φησὶν· *Ἐπερασπῶ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ καὶ διὰ Δαυὶδ τὸν παῖδά μου.* Καὶ τῷ Σολομῶνι δὲ ἔλεγεν ⁸⁴, ὅτι διὰ Δαυὶδ οὐ διεβήρξε ⁸⁵ ζῶντος αὐτοῦ τὴν βασιλείαν. Πολλὴ γὰρ ἡ δόξα τοῦ ἀνδρός ἦν καὶ παρὰ [25] Θεῷ καὶ παρὰ ἀνθρώποις. Διὰ τοῦτο εὐθέως ἐκ τοῦ γνωριμωτέρου τὴν ἀρχὴν ποιεῖται, καὶ τότε ἐπὶ τὸν πατέρα ἀνατρέχει, περιττὸν ἡγούμενος, ὅσον πρὸς Ἰουδαίους, ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀγαγεῖν. Οὗτοι γὰρ μάλιστα ἦσαν οἱ θαυμάζόμενοι· ὁ μὲν, ὡς προφήτης καὶ βασιλεύς· ὁ δὲ, ὡς πατριάρχης καὶ προφήτης. Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι ἐκ τοῦ Δαυὶδ ἐστι; φησὶν. Εἰ γὰρ ἐξ ἀνδρός οὐκ ἐγεννήθη, ἀλλ' ἀπὸ γυναικὸς μόνον, ἡ δὲ Παρθένος οὐ γενεαλογεῖται, πῶς εἰσόμεθα ὅτι τοῦ Δαυὶδ ἐκγονος ἦν; Δύο γὰρ ἐστὶ τὰ ζητούμενα· τίνος τε ἔνεκεν ἡ μήτηρ οὐ γενεαλογεῖται, καὶ τί δήποτε ὁ Ἰωσήφ, ὁ μητρὸν συντελών πρὸς τὴν γέννησιν, μνημονεύεται παρ' αὐτῶν δοκῆν γὰρ τὸ μὲν περιττὸν εἶναι, τὸ δὲ ἐνδεές. Ποῖον οὖν πρότερον ἀναγκαῖον εἰπεῖν; Πῶς

ἐκ τοῦ Δαυὶδ ἡ Παρθένος. Πῶς οὖν εἰσόμεθα ὅτι ἐκ τοῦ Δαυὶδ; Ἀκούσαν τοῦ Θεοῦ λέγοντος τῷ Γαβριήλ, ἀπελθεῖν *Πρὸς παρθένον* ⁸⁶ *μεμνηστομένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυὶδ.* Τί τοίνυν βούλει ⁸⁷ τούτου σαφέστερον, ὅταν ἀκούσῃς ὅτι ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυὶδ ἦν ἡ Παρθένος; δ'. Ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ ὁ Ἰωσήφ ἐκείθεν ἦν. Καὶ γὰρ νόμος ἦν ὁ κελεύων μὴ ἐξεῖναι γαμεῖν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς. Καὶ ὁ πατριάρχης δὲ Ἰακώβ ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἀναστήσεσθαι αὐτὸν προῦλεγεν, οὕτω λέγων· *Οὐκ ἐκλείψει ἀρχὼν ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀποκρίεται καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν.* Ἡ γὰρ προφητεία αὕτη, ὅτι μὲν ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα γέγονε, δηλοῖ· ὅτι δὲ καὶ τοῦ γένους Δαυὶδ, οὐκ εἶτι. Ἄρα οὖν τῇ φυλῇ Ἰούδα οὐχὶ γένος ἐν ἦν μόνον τὸ τοῦ Δαυὶδ, ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἕτερα· καὶ συνέβαινε τῆς μὲν φυλῆς εἶναι τοῦ Ἰούδα, οὐκ εἶτι δὲ καὶ τοῦ γένους Δαυὶδ; Ἄλλ' ἵνα μὴ τοῦτο λέγῃς, ἀνεῖλέ σου τὴν ὑπόνοιαν ταύτην ὁ εὐαγγελιστής, εἰπὼν, ὅτι ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς [26] ἦν Δαυὶδ. Εἰ δὲ καὶ ἐτέρωθεν βούλει τοῦτο μαθεῖν, οὐδὲ ἐτέρας ἀπορησομεν ἀποδείξεως· οὐ γὰρ δὴ μόνον ἀπὸ φυλῆς οὐκ ἐξῆν ἐτέρας, ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ πατριᾶς ἐτέρας, τουτέστι, συγγενείας, γαμεῖν. Ὡστε ἂν τε τῇ Παρθένῳ, τὸ ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυὶδ ἀρμόσωμεν, ἔστηκε τὸ εἰρημένον· ἂν τε τῷ Ἰωσήφ, οὐ· ἐκείνου καὶ τοῦτο κατασκευάζεται. Εἰ γὰρ ἐξ οἴκου Δαυὶδ καὶ πατριᾶς ἦν [ὁ Ἰωσήφ ⁸⁸], οὐκ ἂν ἄλλοθεν ἔλαβε τὴν γυναῖκα, ἢ ὅθεν καὶ αὐτὸς ἦν. Τί οὖν, εἰ παρέβη τὸν νόμον; φησὶ. Διὰ γὰρ τοῦτο προλαβὼν ἐμαρτύρησεν, ὅτι δίκαιος ἦν ὁ Ἰωσήφ, ἵνα μὴ τοῦτο λέγῃς, ἀλλὰ μαθὼν αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν, κάκεινο εἶδῃς, ὅτι οὐκ ἂν παρέβη τὸν νόμον. Ὁ γὰρ οὕτω φιλόανθρωπος καὶ πάθους ἐκτός, ὡς μηδὲ ὑποψίας ἀναγκαζούσης βουληθῆναι ἐπιχειρῆσαι κολάσαι τὴν Παρθένον, πῶς ἂν δι' ἡδονῆν παρέβη τὸν νόμον; Ὁ γὰρ ὑπὲρ νόμον φιλοσοφῆσας (καὶ γὰρ τὸ ἀφείναι καὶ λάθρα ἀφείναι ⁸⁹, ὑπὲρ νόμον φιλοσοφοῦντος ἦν), πῶς ἂν παρὰ νόμον ⁹⁰ ἔπραξέ τι, καὶ ταῦτα οὐδεμιᾶς ἀναγκαζούσης αἰτίας; Ἄλλ' ὅτι μὲν ἐκ τοῦ γένους τοῦ Δαυὶδ ἦν ἡ Παρθένος, ἐκ τούτων δῆλον· τίνος δὲ ἔνεκεν αὐτὴν οὐκ ἐγενεαλόγησεν, ἀλλὰ τὸν Ἰωσήφ, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Τίνος οὖν ἔνεκεν; Οὐκ ἦν νόμος παρὰ Ἰουδαίους γενεαλογεῖσθαι γυναῖκας. Ἴν' οὖν καὶ τὸ ἔθος φυλάξῃ καὶ μὴ δόξῃ παραχαράττειν ἐκ προσιμίων, καὶ τὴν κόρην ἡμῖν γνωρίσῃ, διὰ τοῦτο τοὺς προγόνους αὐτῆς σιγήσας, τὸν Ἰωσήφ ἐγενεαλόγησεν. Εἴτε γὰρ ἐπὶ τῆς Παρθένου τοῦτο ἐποίησεν, ἔδοξεν ἂν καινοτομεῖν· εἴτε τὸν Ἰωσήφ ἐζίγησεν, οὐκ ἂν ἐγνωμεν τῆς Παρθένου τοὺς προγόνους. Ἴν' οὖν μάθωμεν τὴν Μαρίαν, [27] τίς ἦν καὶ πόθεν, καὶ τὰ τῶν νόμων ἀκίνητα μείνῃ, τὸν μνηστήρα αὐτῆς ἐγενεαλόγησε, καὶ ἔδειξεν ὅσα ἐκ τῆς οἰκίας Δαυὶδ. Τούτου γὰρ ἀποδειχθέντος, κάκεινο συναποδέδεικται, τὸ καὶ τὴν Παρθένον ἐκείθεν εἶναι, διὰ τὸ τὸν δίκαιον τοῦτον, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, μὴ ἀνασχέσθαι ἐτέρωθεν ἀγαγέσθαι γυναῖκα. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον λόγον εἰπεῖν μυστικώτερον, δι' ὃν ἐσιγήθησαν

⁸⁰ τὴν] καὶ τὴν Edd. ⁸¹ ὅπερ καί] Sic B. cæteri om. καί. ⁸² Ἐν] Ὅτι ἐν Ep. An. ⁸³ Καὶ † ὁ Θεός δὲ E. δὲ ἀπεφθῆσιν B. ⁸⁴ ἔλεγεν] λέγεται C. εἴρηται E. ⁸⁵ διεβήρξε] Sic B. D. Arm. *dirumpere* An., cæteri *diabērξω*. ⁸⁶ παρθένον] τῆν παρθένον Edd. ⁸⁷ βούλει] † μαθεῖν A. βούλει. . . ἀκούσῃς] βούλει λοιπόν, ὕσας E. ⁸⁸ ὁ Ἰωσήφ om. B. An. ⁸⁹ φησὶ. ⁹⁰ ἀφείναι] Mor. ἀφείναι Sav. Ben. ⁹¹ παράνομον D. E.

generationem, sed totam dispensationem complectatur? Quia hoc totius dispensationis caput est, atque principium nobis et radix omnium bonorum. Quemadmodum librum cæli et terræ vocavit Moyses, etiamsi non de cælo et terra tantum loquatur, sed de iis etiam quæ in medio posita erant: ita et hic quoque ex capite bonorum ac præclare gestorum librum nuncupavit. Quod enim stupendum est omnemque spem expectationemque superat, est hominem Deum fieri: quo facto omnia secundum rationem et consequentiam eveniunt.

Davidis splendor. Quædam de genealogia Christi quæstiones solentur. — Cur autem non dixit, Filii Abraham, et postea, Filii David? Non, ut quidam opinantur, ab inferioribus volens ad superiora ascendere: alioquin id fecisset quod et Lucas; nunc autem e contrario facit. Cur ergo Davidem memoravit? Quia ille in omnium ore ferebatur, tum ob gestorum splendorem, tum etiam temporis causa, quod non tot ante sæculis mortuus esset, quot Abraham. Etiamsi vero utriusque pollicitus sit Deus, illud tamen quasi antiquius tacebatur; hoc autem, utpote recentius, omnium ore circumferebatur. Ipsi namque dicunt: *Nonne ex semine David et Bethlehem vico, ubi erat David, venit Christus (Joan. 7. 42)?* Nemo illum filium Abraham, sed omnes filium David vocabant: nam ob temporis spatium, ut dixi, et ob regnum, in memoria hominum magis versabatur. Similiter et reges quos venerabantur, quique post illum fuere, ab illo cognominabant, nec ipsi solum, sed etiam Deus. Etenim Ezechiel et alii prophetæ dicunt venturum esse David et resurrecturum esse, non de Davide qui mortuus erat loquentes, sed de iis qui ejus virtutem sectarentur. Ezechiae vero ait: *Protegam civitatem hanc propter me et propter David puerum meum (4. Reg. 19. 34).* Salomoni vero dicebat, se propter Davidem regnum vivente ipso [Salomone] non divisisse (3. Reg. 11. 34). Magna enim erat illius viri gloria et apud Deum et apud homines. Ideoque ab illo qui notior erat exordium ducit, et tunc ad antiquiorem parentem recurrit, superfluum ducens, quantum ad Judæos, superius sermonem ordiri. Hi enim maxime mirabiles erant: hic, utpote rex et propheta; ille, ut patriarcha et propheta. Et unde probatur, inquit, illum ex Davide ortum esse? Si enim non ex viro, sed ex muliere tantum natus est, virginis autem genealogia non textitur, quomodo sciemus ipsum ex Davide esse ortum? Duæ namque sunt quæstiones: cur matris genealogia non textitur, et cur Joseph, qui nihil contulit ad generationem, ab illis memoratur: videtur enim hoc redundare, et illud desiderari. Quid ergo prius perquirendum est? Quomodo ex Davide Virgo orta fuerit. Quo pacto autem sciemus ex Davide ortam esse? Audi Deum Gabrieli præcipientem ut adiret *Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo et familia David (Luc. 1. 27)*. Quid clarius postulas, cum audis de domo et familia David Virginem fuisse?

4. Unde patet, Joseph etiam inde ortum fuisse. Lex quippe erat quæ veteret uxores ducere, nisi ex propria tribu. Patriarcha vero Jacob illum ex tribu Juda exorturum esse prædixit: *Non deficiet princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cui repositum est: et ipse erit expectatio gentium (Gen. 49. 10)*. Certe hæc prophetia, quod ex tribu David fuerit, declarat; at non quod ex genere Davidis. Num igitur in tribu Juda non aliud erat genus quam Davidis? Imo multa alia, et contingere potuit ut esset ex tribu Juda, quin esset ex genere Davidis. Verum ne hoc diceret, hanc tibi suspicionem tollit evangelista, dicens illum fuisse ex domo et familia David. Quod si id aliunde etiam discere velis, non deerit alia probatio: non modo enim non licebat ex alia tribu uxorem ducere, sed neque ex alia familia, id est, ex alia cognatione. Itaque si illud, *Ex domo et familia David*, Virgini aptemus, dictum illud constabit; si Josepho, illud ipsum consequitur. Si enim ex domo et familia David erat Joseph, non aliunde accepit uxorem, quam ex cognatione sua. Quid vero, inquit, si legem transgressus sit? Sed idcirco præoccupans testificatus est, Joseph fuisse justum, ut ne hoc diceret, sed illius virtutem edoctus, nosse legem ab ipso non fuisse violatam. Qui enim ita humanus erat¹ et a pravo hominis affectu vacuus, ut ne suspitione quidem urgente vellet de Virgine suscipere supplicium, quomodo libidinis causa legem transgressus esset? Qui enim plus quam lex ferebat philosophabatur (nam dimittere et occulte dimittere, illud erat ultra legem philosophari), quomodo contra legem aliquid admitteret, idque nulla cogente necessitate? Verum ex genere David Virginem fuisse, ex jam dictis palam est. Jam vero operæ pretium fuerit dicere, cur non illius, sed Josephi genealogiam duxerit. Qua de causa igitur? Non erat mos apud Judæos mulierum genealogias texere. Ut igitur secundum morem ageret, nec videretur illum ab initio transgredi, utque simul nobis Virginis genus indicaret, ipsius majores reticens, Josephi genealogiam duxit. Si enim id de Virgine fecisset, novitatis notam non effugisset; si Josephum tacuisset, Virginis progenitores non nossemus. Ut itaque discamus quæ esset Maria, et unde orta, legesque intactæ manerent, sponsi ejus genealogiam contexit, et ex domo David ostendit esse. Hoc enim commonstrato, illud quoque simul ostenditur Virginem etiam inde ortam fuisse; quandoquidem, ut dixi, noluisse justus ille aliunde uxorem accipere. Superest et alia causa magis arcana et mystica, cur Virginis majores silentio missi fuerint, quam hic aperire minus opportunum esset, quia jam multa dicta sunt. Quamobrem hic quæstionum finem facientes, ea quæ nobis explicata sunt accurate retineamus: nempe, cur Davidis mentio primum facta fuerit; cur librum vocaverit librum generationis, quare dixerit, *Jesu Christi*; quare generatio sit communis et non communis; undenam Maria ex Davide orta esse ostendatur; cur illius majoribus silentio missis, genealo-

¹ Alii, ita virtutis erat amator.

gia Josephi ducta fuerit. Si enim hæc servaveritis, ad reliquã dicenda alacriores nos reddetis; si vero hæc respueritis et ex mentibus missa feceritis, ad cætera proferenda segniores erimus. Neque enim agricola terram, quæ semina corrumpat, libenter excoluerit. Quamobrem, rogo, hæc mente volvatis. Ex talium quippe rerum meditatione magnum quidpiam et salutare bonum animæ paritur. Nam et Deo placere poterimus, si hæc curemus, et ora nostra a contumeliis, obscœnis verbis et conviciis pura erunt, dum spiritualibus exercebuntur eloquiis; dæmonibusque formidabiles esse poterimus, si linguam nostram talibus verborum armis muniamus: hinc oculorum nobis perspicacitas augetur. Nam et oculos, et os, et auditum ideo in nobis posuit, ut omnia ipsi membra servirent; ut quæ ipsius sunt loquamur, ut quæ ipsius sunt operemur, ut perpetuo hymnos ipsi canamus, ut gratiarum actiones emittamus, ac per hæc conscientiam nostram purgemus. Quemadmodum enim corpus puro fruens aere valentius evadet, sic et anima his exercitiis innutrita, philosophiæ magis addicta erit.

5. Annon vides corporis oculos, dum in fumo versantur, lacrymas semper fundere, cum autem in puro aere, in prato, in fontibus, in hortis, et perspicaciores et saniores esse? Talis est et animæ oculus: si in prato spiritualium eloquiorum pascatur, purus, clarus et perspicax erit; si in fumum sæcularium negotiorum adeat, plurimum lacrymabitur ac flebit, et nunc et in futuro. Humana quippe negotia fumo sunt similia. Ideoque dicebat quispiam: *Defecerunt sicut fumus dies mei* (Psal. 101. 4). Sed ille quidem de brevitate et de fuga mobilis ævi loquitur: ego vero non de hac re tantum, sed etiam de perturbatione rerum præsentium hæc accipienda esse censeo. Nihil enim mentis oculum ita male afficit et turbat, ut sæcularium curarum tumultus, et concupiscentiarum turba. Hæc enim sunt fumi hujusee ligna. Ac quemadmodum ignis, cum humidam materiam corripit, multum excitat fumum: sic et concupiscentia, quæ fervens et ipsa ac quasi flamma est, cum humidam quamdam ac dissolutam corripit animam, multum et ipsa fumum parit. Ideirco opus est rore Spiritus, et aura illa, quæ ignem exstinguat, ac fumum dissipet, mentemque nostram v. lucrem reddat. Nec quis potest, nec potest utique, tot obrutus malis ad caelum volare: sed optandum est, nos expeditos hanc posse carpere viam; imo vero ne sic quidem possumus, nisi alas Spiritus assumamus. Si itaque expedita mente, ac spirituali gratia opus nobis est, ut ad tantam sublimitatem ascendere valeamus; cum eorum nihil, sed prorsus contraria pondusque satanicum contrahamus: quo pacto poterimus avolare, tanto onere depressi? Si quis enim

¹ Morel, *de fragilitate*. In Græco legitur, ἀσθενείας, qua voce exprimitur fragilitas telæ aranæ; sed nulla supplet vox latina quæ copiosam hanc significationem in se habeat.

quasi in justis stateris cogitatus nostros appendere velit, inter mille talenta sæcularium sermonum, vix denarios centum spiritualium verborum inveniet; imo, ne decem obolos. Annon ergo turpe omninoque ridiculum est, dum servum habentes, illo ut plurimum utimur ad res necessarias, nos ore, membro nostro, non perinde uti atque servo; sed contra, ad inutilia et superflua negotia? Atque utinam ad superflua tantum; sed etiam illo utimur ad contraria et noxia et nihil utilitatis habentia. Si enim nobis ea quæ loquimur utilia essent, etiam Deo procul dubio placerent.

Linguae moderandæ ratio.—Nunc autem ea omniz loquimur quæ diabolus suggesserit, modo ridentes, modo urbana loquentes, modo maledicta et contumelias proferentes, modo jurantes, mentientes, pejerantes; nunc ferocientes, nunc futilia et anilibus fabulis leviora, quæ nihil ad nos attinent, in medium afferentes. Quis enim vestrum, quæso, psalmium unum recitare rogatus, id dicere possit, vel aliam quampiam divinæ Scripturæ partem? Nemo sane. Neque illud solum grave est; sed quod circa spiritualia desides, circa satanica igne sitis ferventiores. Nam si quis vos interrogare velit de diabolicis canticis, de meretriciis et lascivis carminibus, multos inveniet qui hæc accurate sciunt, et cum voluptate magna pronuntiant. Sed quæ defensio ad talem criminationem? Non sum, inquit, monachus, sed uxorem et filios habeo, curamque domesticæ rei gero. Atqui illud est quod omnia pessumdat, quod ad monachos solum putetis pertinere lectionem divinarum Scripturarum, cum multo magis quam illis sit vobis necessaria. Illi enim qui in medio versantur, et quotidie vulnera excipiunt, multo magis medicamine egent. Itaque longe pejus est, quam non legere, superfluum rem esse putare. Hæc quippe verba satanica sunt commenta.

6. *Lectio evangeliorum necessaria.*—Non auditis Paulum dicentem, hæc omnia ad correptionem nostram scripta esse (1. Cor. 10. 11)? Tu vero, si Evangelium illotis manibus sumere oporteret, id utique nolles, et tamen putas ea quæ in illo continentur non esse admodum necessaria. Ideoque omnia sus deque versa sunt. Quod si discere velis quantum lucri reportetur ex Scripturis: te ipsum examina, quo nempe in situ et statu sis cum psalmos audis, et quo, cum satanicam cantilenam: quo affectu sis in ecclesia versans, quo in teatro sedens: videbisque quantum sit discrimen inter hanc et illam animam, licet una eademque sit. Ideoque Paulus dicit: *Corrumpunt mores bonos colloquia prava* (1. Cor. 15. 33). Ideirco assiduis Spiritus sancti cantibus egemus. Illud enim est in quo brutis præstamus, licet in aliis quibusdam longe ipsis inferiores simus. Hoc est alimentum animæ, hoc ornamentum, hoc securitas; contra vero non audire, illud fames, illud corruptio est: *Dabo*

οὐ τῆς Παρθένου πρόγονοι, ὄνπερ οὐκ εὐκαιρον νῦν ἐκκαλύψαι διὰ τὸ πολλὰ εἶναι τὰ εἰρημένα. ⁹¹ Διόπερ ἐνταῦθα στήσαντες τὸν περὶ τῶν ζητημάτων λόγον, κατέχωμεν τῶς μετὰ ἀκριβείας τὰ ἐκκαλυφθέντα ἡμῖν ὅσον, διατι τοῦ Δαυὶδ ἐμνήσθη πρῶτον· διατι τὸ βιβλίον, γενέσεως ἐκάλεσε Βιβλίον· διατι εἶπεν, Ἰησοῦ Χριστοῦ· πῶς ἡ γέννησις κοινή καὶ οὐ κοινή· πόθεν ὅτι ἡ Μαρία τοῦ ⁹² Δαυὶδ οὐσα ἐδέχθη· καὶ τίνος ἔνεκεν ὁ Ἰωσήφ ἐγενεαλογήθη, σιγηθέντων τῶν ἐκείνης προγόνων. Ἄν μὲν γὰρ φυλάττητε ταῦτα, προθυμότερους ἡμᾶς καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἐργάσεσθε· ἂν δὲ ἀποπτύσητε καὶ ἐκβάλητε αὐτὰ τῆς ψυχῆς, καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ ὀκνηρότερον διαχεισόμεθα. Οὐδὲ γὰρ γῆς τὰ πρότερα διαφθειράσης ⁹³ σπέρματα ἔλοιτ' ἂν ἐπιμελεῖσθαι ⁹⁴ γεωργός. Διὸ παρακαλῶ ταῦτα στρέφειν. Ἄπο γὰρ τοῦ τὰ τοιαῦτα μεριμνᾶν, μέγα τι ⁹⁵ τῆ ψυχῆ καὶ σωτήριον ἐγγίνεται ἀγαθόν. Καὶ γὰρ καὶ τῷ Θεῷ δυνησόμεθα ἀρέσαι. ταῦτα φροντίζοντες, καὶ ὑβρεων καὶ αἰσχρολογίας καὶ λοιδοριῶν τὰ στόματα καθαρὰ ἔσται, πνευματικὰ μελετῶντα ῥήματα· καὶ δαίμοσιν ἐσόμεθα φοβεροὶ καθοπλιζόντες ἡμῶν τὴν γλῶτταν τοιοῦτοις ῥήμασι· καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν χάριν ἐπισπασόμεθα μάλλον, καὶ διορατικώτερον ἡμῖν ἐργάσεται ⁹⁶ τὸ ὄμμα. Καὶ γὰρ καὶ ὄφθαλμούς, καὶ στόμα, καὶ ἀκοὴν διὰ τοῦτο ἡμῖν ἐνέθηκεν, ἵνα αὐτῷ πάντα δουλεύῃ τὰ μέλη· ἵνα τὰ αὐτοῦ φθειγόμεθα, ἵνα τὰ αὐτοῦ πράττωμεν, ἵνα [28] ἄδωμεν αὐτῷ ὕμνους διηνεκεῖς ⁹⁷, ἵνα εὐχαριστίας ἀναπέμπωμεν, καὶ διὰ τούτων τὸ συνειδὸς ἑαυτῶν ἐκκαθαίρωμεν ⁹⁸. Ὡσπερ γὰρ σῶμα ἀέρος ἀπολαῦον καθαροῦ ὑγιεινότερον ἔσται, οὕτω καὶ ψυχὴ φιλοσοφωτέρα τοιαύταις ἐντρεφομένη μελέταις.

ε'. Οὐχ ὄρβας καὶ τοὺς τοῦ σώματος ὄφθαλμούς, ὅταν μὲν ἐν καπνῷ διατριβῶσι, διαπαντὸς δακρύνοντας· ὅταν δὲ ἐν ἀέρι λεπτῷ, καὶ λειμῶνι, καὶ πηγᾶς, καὶ παραδείσοις, ὀξυτέρους τε γινομένους καὶ ὑγιεινότερους; Τοιοῦτος καὶ ὁ τῆς ψυχῆς ὄφθαλμός· ἂν μὲν γὰρ ἐν τῷ λειμῶνι τῶν πνευματικῶν βόσκηται λογίων, καθαρὸς ἔσται καὶ διαυγῆς καὶ ὀξυδορκῶν ⁹⁹· ἂν δὲ εἰς τὸν καπνὸν τῶν βιωτικῶν ἀπίη πραγμάτων, δακρύνεται μυρία καὶ κλαύσεται, καὶ νῦν καὶ τότε. Καὶ γὰρ καπνῷ ἔοικε τὰ ἀνθρώπινα πράγματα. Διὰ τοῦτο καὶ τις ἔλεγεν· Ἐξέλιπον ἴωσει καπνός αἱ ἡμέραι μου. Ἄλλ' ἐκεῖνος μὲν πρὸς τὸ ὀλιγοχρόνιον ¹⁰⁰ καὶ ἀνυπόστατον· ἐγὼ δὲ οὐκ εἰς τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ παραχῶδες ¹⁰¹ ἐποιεῖμι ἂν δεῖν ἐκλαμβάνειν τὰ εἰρημένα. Οὐδὲν γὰρ οὕτω λυπεῖ ψυχῆς ὄφθαλμὸν καὶ θολοῖ, ὡς ὁ τῶν βιωτικῶν φροντῖδων ὄχλος, καὶ ὁ τῶν ἐπιθυμιῶν ἔσμός· ταῦτα γὰρ τοῦ καπνοῦ τούτου τὰ ζῦλα. Καὶ καθάπερ τὸ πῦρ, ὅταν ὑγρᾶς καὶ διαδρόχου τινὸς· ἐπιλάβηται ὕλης, πολὺν ἀνάπτει τὸν καπνόν· οὕτω καὶ ἡ ἐπιθυμία ἡ σφοδρὰ αὕτη καὶ φλογώδης, ὅταν ὑγρᾶς τίνος καὶ διαλελυμένης ἐπιλάβηται ψυχῆς, πολὺν καὶ αὕτη τίκτει τὸν καπνόν. Διὰ τοῦτο χρεῖα τῆς δρόσου τοῦ Πνεύματος, καὶ τῆς αὔρας ἐκείνης, ἵνα τὸ πῦρ σβέσση, καὶ τὸν καπνὸν διαχῆη,

καὶ πτηνὸν ποιήσῃ ἡμῖν τὸν λογισμόν. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τοσοῦτοις βαρυνόμενον κακοῖς πρὸς [29] τὸν οὐρανὸν ἀναπτῆναι· ἀλλ' ἀγαπητὸν, εὐζώνους ἡμᾶς ὄντας δυνηθῆναι ταύτην τεμεῖν τὴν ὁδόν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ οὕτω δυνατὸν, ἂν μὴ τοῦ Πνεύματος λάβωμεν τὸ πτερόν. Εἰ τοίνυν καὶ κούφης ¹ διανοίας καὶ πνευματικῆς χάριτος δεῖ, ἵνα ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὕψος ἐκεῖνο, ὅταν μηδὲν τούτων, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐναντία πάντα ἐφελκώμεθα καὶ βάρος σατανικόν, πῶς δυνησόμεθα ἀναπτῆναι, τοσοῦτῳ βάρει καθελκόμενοι; Καὶ γὰρ εἰ τις ὡσπερ ἐν δικαιοῖς σταθμοῖς τοὺς λόγους ² ἡμῶν στήσαι ἐπιχειρήσειεν, ἐν μυρία ταλάντων βιωτικῶν λόγων μόλις εὐρήσει θηνάριον ἑκατὸν ῥημάτων πνευματικῶν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὀβολοῦς δέκα. Ἄρ' οὖν οὐκ αἰσχρὴ καὶ γέλως ἔσχατος, οἰκέτην μὲν ἔχοντα, τὰ πλείονα εἰς τὰ ἀναγκαῖα κεχρησθαι αὐτῷ πράγματα, στόμα δὲ κεκτημένους, μηδὲ οἰκέτη ὁμοίως προσφέρεισθαι τῷ μέλει τῷ ἡμετέρῳ, ἀλλ' ἀντιστρόφως εἰς ἄχρηστα καὶ παρέλκοντα πράγματα; Καὶ εἴθε εἰς παρέλκοντα μόνον· νῦν δὲ εἰς ἐναντία καὶ βλαβερά, καὶ εἰς οὐδὲν ἡμῖν χρήσιμα. Εἰ γὰρ ἦν ἡμῖν χρήσιμα ἂ ἐφθειγόμεθα, καὶ τῷ Θεῷ πάντως φίλα ἦν τὰ λεγόμενα.

Νυνὶ δὲ ἄπερ ἂν ὁ διάβολος ὑποβάλλῃ, πάντα φθειγόμεθα· νῦν μὲν γελῶντες, νῦν δὲ ἄστεια λέγοντες· νῦν μὲν καταρῶμενοι καὶ ὑβρίζοντες, νῦν δὲ ἄμύνοντες καὶ ψευδόμενοι καὶ ἐπιπορκοῦντες· καὶ νῦν μὲν ἀποδυσκετιοῦντες, νῦν δὲ βαττολογοῦντες, καὶ γραϊδίων ληροῦντες πλέον, τὰ μηδὲν πρὸς ἡμᾶς πάντα εἰς μέσον φέροντες. Τίς γὰρ ὑμῶν, εἰπέ μοι, πῶν ἐνταῦθα ἔστηκότων, ψαλμὸν ἕνα ἀπαιτηθεὶς εἰπεῖν δύναται· ἂν, ἢ ἄλλο τι μέρος τῶν θείων Γραφῶν; Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἔστι τὸ δεῖν, ἀλλ' ὅτι πρὸς τὰ πνευματικὰ ἀναπεπρωκότες οὔτω, πρὸς τὰ σατανικά πυρὸς ἔστε σφοδρότεροι. Καὶ γὰρ εἰ βουληθεὶ τις ὑμᾶς ἰσθᾶς ἐξετάσαι διαβολικᾶς, καὶ πορνικᾶς καὶ κατακεκλασμένα μέλη, πολλοὺς εὐρήσει μετὰ ἀκριβείας ταῦτα εἰδόμενος, καὶ μετὰ πολλῆς αὐτὰ [30] ἀπαγγέλλοντας τῆς ἡδονῆς. Ἄλλὰ τίς ἡ ἀπολογία τῶν ἐγκλημάτων ³; Οὐκ εἶμι, φησὶ, τῶν μοναχῶν, ἀλλὰ καὶ γυναῖκα ἔχω καὶ παῖδια. καὶ οἰκίας ἐπιμελοῦμαι. ⁴ Τοῦτο γὰρ ἔστιν ὃ πάντα ἐλυμήνατο, ὅτι ἐκεῖνοις μόνους νομίζετε προσήκειν τὴν ἀνάγκωσιν τῶν θείων Γραφῶν, πολλῷ πλέον ἐκεῖνων ὑμεῖς δεόμενοι. Τοῖς γὰρ ἐν μέσῳ στρεφομένοις, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τραύματα δεχομένοις, τοῖσι μάλιστα δεῖ φαρμάκων. Ὡστε τοῦ μὴ ἀναγινώσκειν πολλῶν χεῖρον τὸ καὶ περιττὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα νομίζειν ταῦτα γὰρ σατανικῆς μελέτης τὰ ῥήματα.

ε'. Οὐκ ἀκούετε Παύλου λέγοντος, ὅτι Πρὸς ρουθόσιαν ἡμῶν ταῦτα πάντα ἐγγράφη; Σὺ δὲ, ἂν μὲν εὐαγγέλιον δέξασθαι δέη, χερσὶν ἀνίπτους οὐκ ἂν ἔλοιου τοῦτο ποιῆσαι· τὰ δὲ ἐνδον ἐγκείμενα οὐχ ἤγγι, σφόδρα ἀναγκαῖα εἶναι; Διὰ τοῦτο πάντα ἄνω καὶ κάτω γέγονεν. Εἰ γὰρ βούλει μαθεῖν ὅσον τῶν Γραφῶν τὸ κέρδος, ἐξέτασον σεαυτὸν, τίς μὲν γίνῃ ψαλ-

⁹¹ ΘΘΙΚΟΝ. Ὅτι τὰ μεγάλα ἡμῖν ὠφελεῖ ἢ τῶν ἁγίων Γραφῶν μελέτη. ⁹² τοῦ] ἐκ τοῦ Β. ⁹³ διαφθειρούσης Β. ⁹⁴ ἐπιμελεῖσθαι εἰδ. ⁹⁵ τι om. A. C. D. E. ⁹⁶ ἐργάσεται] + μάλλον Β. ⁹⁷ διηνεκεῖς; Ε. ⁹⁸ ἐκκαθαίρωμεν A. B. ⁹⁹ ὀξυδορκῶν C. Vid. *Lobeck* ad Phryg. p. 576. ¹⁰⁰ ὀλιγοχρόνιον] + ἰσών Β. ¹⁰¹ παραχῶδες] ἀραχνῶδες Β. ¹ κούφης] + ἡμῖν Ε. ² λόγους] Sic Arm. et codd. λογισμούς An. Mor. Ben. ³ ἐγκλημάτων] + τούτων Edd. ⁴ incipit codex F.

μῶν ἀκούων, τίς δὲ σατανικῆς ὥδης· καὶ πῶς διάκεισαι ἐν ἐκκλησίᾳ διατρέδων, καὶ πῶς ἐν θεάτρῳ καθήμενος· καὶ ὄψει πολὺ τὸ μέσον ταύτης κάκεινης τῆς ψυχῆς, καίτοιγε μιᾶς οὔσης. Διὰ τοῦτο Παῦλος ἔλεγε· *Φθειρουσιν ἦθη χρηστά ὀμίλλαι κακαί.* Διὰ τοῦτο συνεχῶν⁸ ἡμῖν δεῖ τῶν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος ἐπωδῶν. Καὶ γὰρ τοῦτό ἐστιν ᾧ τῶν ἀλόγων πλεονεκτοῦμεν, ὡς τῶν γε ἄλλων ἔνεκεν καὶ σφόδρα αὐτῶν ἐλαττοῦμεθα. Τοῦτό ἐστι τροφή ψυχῆς, τοῦτο κόσμος, τοῦτο ἀσφάλεια· ὡσπερ οὖν τὸ μὴ ἀκούειν, λιμὸς καὶ φθορά. Δώσω γὰρ, φησὶν, αὐτοῖς, *Ὁὐ λιμὸν ἔσθου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου.* Τί γένοιτο· ἂν οὖν ἀθλιώτερον, ὅταν ὄσπερ ὁ Θεὸς ἐν τάξει κολάσεως ἀπειλή, τοῦτο αὐτομάτως σὺ κατὰ τῆς [31] σαυτοῦ κεφαλῆς ἔλκῃς τὸ κακόν, λιμὸν τινα χαλεπὸν ἐπεισάγων τῇ ψυχῇ, καὶ πάντων αὐτὴν ἀσθενεστέραν ποιῶν; Ἄπὸ γὰρ λόγων καὶ φθειρεσθαι καὶ σώζεσθαι πέφυκε. Καὶ γὰρ εἰς ὄργην τοῦτο αὐτὴν ἐξάγει, καὶ πραῦνει τὸ αὐτὸ τοῦτο πάλιν· καὶ πρὸς ἐπιθυμίαν ἐξῆψε ῥῆμα αἰσχροῦν, καὶ εἰς σωφροσύνην ἤγαγε λόγος σεμνότητος γέμων. Εἰ δὲ λόγος ἀπλῶς τσαούτην ἔχει τὴν ἰσχύν, πῶς τῶν Γραφῶν καταφρονεῖς; εἰπέ μοι. Εἰ γὰρ παραίνεις τσαούτα δύναται, πολλῶ μᾶλλον ὅταν μετὰ Πνεύματος ὡσιν αἱ παραίνεσεις. Καὶ γὰρ πρὸς μᾶλλον τὴν πεπωρωμένην μαλάττει ψυχὴν, καὶ πρὸς ἅπαντα ἐπιτηδείαν κατασκευάζει τὰ καλὰ, λόγος ἀπὸ τῶν θείων ἐνηχούμενος Γραφῶν. Οὕτω καὶ Κορινθίους πεψυσιωμένους λαθὼν ὁ Παῦλος καὶ φλεγμαίνοντας, κατέστειλε καὶ ἐπισκευαστέρους ἐποίησε. Καὶ γὰρ ἐφ' οἷς αἰσχύνεσθαι ἔδει καὶ ἐγκαλύπτεσθαι, ἐπὶ τούτοις μέγα ἐφρόνου. Ἄλλ' ἐπειδὴ τὴν Ἐπιστολὴν ἐδέξαντο, ἀκούσαν αὐτῶν τὴν μεταβολὴν, ἣν αὐτοὶ ὁ διδά-

σκαλος αὐτοῖς ἐμαρτύρησεν, οὕτω λέγων· *Αὐτὸ γὰρ τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσῃν εὐργασίᾳ ἐν ὑμῖν σπουδῆν· ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν.* [¹⁰ ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν.] ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλὰ ἐκδίκησιν. Οὕτω καὶ οἰκέτας, καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας, καὶ φίλους ρυθμιζόμεν¹¹, καὶ τοὺς ἐχθροὺς φίλους ποιοῦμεν. Οὕτω καὶ οἱ μεγάλοι ἄνδρες, καὶ τῷ Θεῷ φίλοι¹², βελτίους ἐγένοντο. Καὶ γὰρ ὁ Δαυὶδ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἐπειδὴ λόγων ἀπήλαυσε, τότε εἰς τὴν καλλίστην ἐκείνην ἤλθε μετάνοιαν· καὶ οἱ ἀπόστολοι δὲ οὕτω γεγόνασι ὅσπερ γεγόνασι, καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐπισπάσαντο. Καὶ τί τὸ κέρδος, φησὶν, ὅταν ἀκούῃς¹³ τίς, καὶ μὴ ποιῇ¹⁴ τὰ λεγόμενα; [32] Οὐ μικρὸν μὲν καὶ ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως ἔσται τὸ κέρδος. Καὶ γὰρ καταγνώσεται ἑαυτοῦ καὶ στενάξει, καὶ ἤξει ποτὲ καὶ ἐπὶ τὸ ποιεῖν τὰ λεγόμενα. Ὁ δὲ μὴδ' ὅτι ἤμαρτεν εἰδώς, ποτὲ ἀποστήσεται τοῦ πλημμελεῖν; ποτὲ καταγνώσεται ἑαυτοῦ; Μὴ τοίνυν καταφρονῶμεν τῆς ἀκροάσεως τῶν θείων Γραφῶν. Σατανικῆς γὰρ ταῦτα διανοίας, οὐκ ἀφίσεως τὸν θησαυρὸν ἰδεῖν, ἵνα μὴ τὸν πλουτοῦν κερδάνωμεν. Διὰ τοῦτο οὐδὲν εἶναι φησὶ τῶν ἀκροάσις τῶν θείων νόμων, ἵνα μὴ τὴν πρᾶξιν ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως ἴδῃ προσηγομένην ἡμῖν. Εἰδότες τοίνυν τὴν πονηρὰν ταύτην αὐτοῦ τέχνην, πάντοθεν ἑαυτοὺς ἀποτευχίζωμεν¹⁵, ἵνα τοῖς ὀπλοῖς τούτοις φραξάμενοι, αὐτοὶ τε ἀνάλωτοι μένωμεν, καὶ τὴν ἐκείνου βάλωμεν¹⁶ κεφαλὴν· καὶ οὕτω λαμπρὰ τὰ νικητήρια ἀναδησάμενοι, τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

⁸ συνεχῶς A. An. ⁹ τὸ] τοῦτο τὸ Edd. vid. *Matthæi ad loc.* ¹⁰ Hæc verba desunt in codd. et Edd. præter Ben. ¹¹ ρυθμιζόμεν] Sic B. et pr. D. mox ποιοῦμεν B. F. et pr. C. D. cæteri ρυθμιζόμεν et ποιοῦμεν. ¹² καὶ τῷ Θεῷ φ.] Sic B. An. τῷ Θεῷ φ. καὶ A. D. E. τῷ Θεῷ φ. γεγόνασι καὶ C. ¹³ ἀκούση Edd. ¹⁴ ποιῇ] προσήται B. ¹⁵ τευχίζωμεν A. ¹⁶ βάλωμεν A. C. E. mox τὰ omi. A. C. E. et pr. D.

ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

Βιβλὸς γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.

α'. Ἰδοὺ τρίτη διάλεξις, καὶ τὰ ἐν προομιλοῖς οὐδέπω διελευσάμεθα. Οὐκ ἄρα μάτην ἔλεγον, ὅτι πολὺ τὸ βάθος ἔχει τῶν νοημάτων τούτων ἢ φύσις. Φέρε δὴ τὰ λειπόμενα σήμερον εἰπωμεν. Τί ποτ' οὖν ἐστὶ τὸ ζητούμενον νῦν; Τίνας ἔνεκεν ὁ Ἰωσήφ γενεαλογεῖται, οὐδὲν πρὸς τὴν γέννησιν συντελών. Καὶ μίαν μὲν αἰτίαν εἰρήκαμεν ἦδη· ἀναγκαῖον δὲ καὶ τὴν ἑτέραν εἰπεῖν, τὴν μυστικωτέραν καὶ ἀπορρήτοτεραν ἐκείνης. Τίς οὖν ἐστὶν αὕτη; Οὐκ ἐβούλετο τοῖς Ἰουδαίοις ἵνα ἴδῃον παρὰ τὸν¹⁷ τῶν ὀδίων καιρῶν, [33] ὅτι ἐκ Παρθένου γεγέννηται¹⁸ ὁ Χριστός. Ἀλλὰ μὴ θορυβεῖσθε πρὸς τὸ παράδοξον τοῦ λεγομένου. Οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ Πατέρων ἡμετέρων, θαυμαστῶν καὶ ἐπισήμων ἀνδρῶν. Εἰ γὰρ πολλὰ συνεσκίασεν ἐξ ἀρχῆς, ὕψιν ἀνθρώπου καλῶν ἑαυτὸν, καὶ οὐδὲ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητα πανταχοῦ σαφῶς ἡμῖν ἐξέκάλυψε· τί θαυμάσιος, εἰ καὶ τοῦτο συνεσκίασε τέως,

θαυμαστόν τι καὶ μέγα οικονομῶν; Καὶ ποῖον θαυμαστόν; φησὶ. Τὸ διασωθῆναι τὴν Παρθένον, καὶ ὑποψίας ἀπαλλαγῆναι πονηρᾶς. Εἰ γὰρ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς τοῖς Ἰουδαίοις γέγονε κατὰ δῆλον, κἄν κατέλευσαν τὴν Παρθένον κακουργοῦντες τῷ λεγομένῳ, καὶ μοιχείας αὐτὴν ἔκριναν ἄν. Εἰ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἄλλων, ὧν πολλάκις καὶ ὑποδείγματα εἶχον ἐν τῇ Παλαιᾷ, φανερώς ἠναισχύντουν (καὶ γὰρ ἐπειδὴ δαίμονας ἐξέβαλε, δαιμονῶντα ἐκάλουν, καὶ ἐπειδὴ ἐν Σαββάτῳ ἐθεράπευσεν, ἀντίθεον εἶναι ἐνόμιζον, καίτοιγε πολλάκις καὶ πρότερον ἐλύθη τὸ Σάββατον), τί οὐκ ἂν εἶπον τοῦτου λεχθέντος; Καὶ γὰρ εἶχον πάντα τὸν πρὸς τοῦτου συναγωνιζόμενον αὐτοῖς καιρὸν, οὐδέποτε τι τοιοῦτον ἐνεγκόντα. Εἰ γὰρ μετὰ τσαούτα σημεῖα ἔτι αὐτὸν τοῦ Ἰωσήφ ἐκάλουν υἱόν, πῶς ἂν πρὸ τῶν σημείων ἐπίστευσαν, ὅτι ἐκ¹⁹ Παρθένου ἦν; Διὰ δὴ τοῦτο καὶ γενεαλογεῖται, καὶ μνηστεύεται τὴν Παρθένον. Ὅπου γὰρ ὁ Ἰωσήφ, καὶ δίκαιος ὢν καὶ θαυμαστός ἀνὴρ, πολλῶν ἐδεῖθη ὥστε δέξασθαι τὸ γε-

¹⁷ παρὰ τόν] Sic B. F. An. Arm. cæteri τὸν πρὸ.

¹⁸ γεγέννηται Edd. ¹⁹ οὐδέ B. ²⁰ ἐκ] καὶ ἐκ B. D. F.

*enim eis, inquit, non famem parvis, neque sitim aquæ; sed famem audiendi verbi Domini (Amos 8. 11). Quid autem infelicius esse possit, quam, cum illud quod Deus ut pœnam comminatur, illud ipsum malum tu sponte in caput tuum attrahis, dum gravissima fame afficis animam tuam, illamque omnibus infirmiore reddis? Nam a verbis illa et corrumpi et sanari solet. Siquidem illis et in iram concitatur, et commota mitigatur: ad concupiscentiam lascivum dictum incendit, et ad castitatem verbum honestum reducit. Si enim sermo solus tantam vim habet, cur, quæso, Scripturas despicias? Si namque admonitiones tantum valent, multo magis quando cum admonitionibus adest Spiritus. Etenim verbum ex Scripturis divinis prolatum induratam animam igne vehementius emollit, et ad quælibet bona aptam efficit. Sic cum Paulus Corinthios inflatos et tumentes esse deprehendisset, compressit ac modestiores reddidit. De quibus enim pudore ruboreque affici par erat, de iisdem altum sapiebant. Sed postquam Pauli epistolam acceperant, audi illorum mutationem, quam ipse doctor testificatus est his verbis: *Hoc enim ipsum secundum Deum contristari, quantam in vobis operatur sollicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed emulationem, sed vindictam (2. Cor. 7. 11). Sic**

famulos, filios, uxores, amicos instituamus, et de inimicis amicos facere curemus. Sic magni illi viri, Deoque amici, meliores effecti sunt. Etenim David post peccatum, verbi fructu, in optimam illam deductus est pœnitentiam (2. Reg. 12. 13): apostoli quoque sic tales evaserunt, quales novimus, et universum orbem attraxerunt. Ecquis fructus, inquires, si quis audiat, et dicta non exsequatur? Non modicum certe ex auditu accedet lucrum. Nam is seipsum damnabit et ingemiscet, et eo aliquando deducetur, ut quæ dicta sunt impleat. Qui vero ne quidem scit an peccaverit, quando a peccando desistet? quando peccata damnabit sua? Ne itaque contemnamus divinarum lectionem Scripturarum. Hæc enim diabolica est cogitatio quæ non permittit ut thesaurum videamus, ne divitias acquiramus. Ideo nihil esse dicit audire divinas leges, ne ex auditu nos ad effectum rem deducere videat. Scientes igitur, hanc ejus esse nequissimam artem, undique nos muniamus, ut his armis instructi, et nos invicti maneamus ejusque caput feriamus, sic quo victoriæ insignibus coronati, futura consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA III.

CAP. I, v. 1. Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham.

1. *Cur Josephi, non Mariæ genealogia ducatur.* — Ecce jam tertiam dissertationem, et proœmia nondum absolvimus. Non ergo frustra dicebam, admodum profundam esse harum sententiarum naturam. Age hodie quæ residua sunt dicamus. Quid ergo jam quærimus? Cur Josephi genealogia ducatur, qui nihil ad generationem contulit? Jam unam causam diximus: operæ pretium est ut aliam dicamus, magis mysticam et arcanam. Quænam illa est? Nolebat Judæis notum esse ipso partus tempore ex Virgine nasci Christum. Sed ne turbemini de inexpectata responsione. Neque enim meus hic est sermo, sed patrum nostrorum admirandorum insigniumque virorum. Si enim multa sub-

obscurè ab initio loquutus est, Filium hominis sese vocans, nec ubique suam cum Patre æqualitatem clare revelans, quid miraris si hoc etiam adumbravit, magna quadam et mirabili usus œconomia? Ecquid hic mirabile? inquires. Ut servaret Virginem, et a prava suspicione liberaret. Si enim hæc Judæi ab initio audissent, maligne rem interpretantes Virginem lapidassent, atque ut adulteram damnassent. Nam si in aliis, quorum etiam exempla habebant in Veteri Testamento, impudenter palam se gerebant: si quando dæmonas ejecit, dæmoniacum vocabant, si quia in sabbato curavit, Deo adversarium putabant, etiamsi antea sabbatum sæpe solutum fuisset: quid non dicturi erant, hoc audientes? Etenim pro ipsis pugnasset totum præteritum tempus, ubi numquam quid simile gestum fuerat. Si namque post tot signa illum adhuc Josephi filium

contritum et humiliatum, animum vigilem, temperantem, continentem, pœnitentem, compunctum. Hæc illius dona sunt, quia illis potissimum indigemus. Certamen enim imminet grave, et adversus invisibiles potestates lucta nobis est, adversus spiritualia nequitiae pugna, adversus principatus et potestates bellum (*Ephes. 6. 12*): atque utinam diligenter agentes, vigiles et concitati, possimus hoc ferum agmen sustinere. Si vero rideamus et ludamus, ac semper socordes simus, etiam ante conflictum ex propria segnitie concidemus. Non nostrum itaque est perpetuo ridere, deliciarî et convivari; sed eorum qui in scena ludunt, meretricum, virorum qui ad talia sunt depilati, parasitorum, adulatorum: non autem eorum qui ad cælum vocati sunt, non eorum qui in superna civitate sunt descripti, non eorum qui armis spiritualibus sunt instructi, sed eorum qui diabolo sunt initiati. Ille namque est, ille qui hac arte, hoc opere conatur Christi milites debilitare, illorumque animi molliores nervos efficere. Ideo theatra in urbibus struxit, et mimos illos exercens, illorum opera contra totam civitatem hanc pestem excitat: quam fugere Paulus iussit (*Ephes. 5. 4*), stultiloquium nempe et scurrilitatem; quæ autem horum omnium gravissima rîus illius occasio est. Quando quidpiam aut blasphemum aut turpe inter ridicula mimi dixerint, tunc ex insipientioribus quidam rident et lætantur; cum lapidibus ipsos impetere oporteret, plaudunt illi super his, et per hanc voluptatem caminum ignis contra caput suum attrahunt. Nam qui talia dicentes laudant, ï sunt qui maxime id dicere suadent: ideoque supplicio hæc facinori debito iustissime obnoxii erunt. Etiam si nullus esset spectator, nullus prodiret histrio: cum autem vos vident et officinas et artes, et quæstum hinc proveniente, atque uno verbo omnia relinquere, ut ad hæc spectacula accuratis, majori alacritate atque studio his operam adhibent. Hoc autem dico, non ut illos a crinine vindicem; sed ut discatis vos esse qui hujusmodi nequitie principium et radicem subministratis, qui totam diem his in rebus insumitis, honestum conjugii statum traducentes, et mysterium magnum dehonestantes. Neque enim histrio ille ita delinquit, ut tu, qui hæc fieri jubes; imo nec jubes modo, sed etiam curam adhibes, lætaris, rides, laudasque hujusmodi spectacula, omnique modo hanc foveas dæmonum officinam. Quibusnam, quæso, oculis uxorem tuam domi postea videbis, quam ibi vidisti contumelia affectam? quomodo non erubescis dum conjugis tuæ recordaris, cum ibi sexum ejus dehonestari videris?

8. Ne mihi dixeris, rem simulatam et histrionicam hæc esse: hæc enim histrionica multos effecit adul-

teros, multasque familias evertit. Ideoque maximo gemo, quod illud ne malum quidem vobis esse videatur, sed plausus, clamor, risus multus adhibeatur, dum adulterii hujusmodi spectaculum offerre audent. Quid dicis ea esse histrionicam simulationem? Ideo illi sexcentis suppliciis digni sunt, quoniam ea quæ leges omnes vitare jubent, eadem ipsi imitari student. Nam si malum est illud, ejus est quoque repræsentatio mala. Nondum dico, quot adulteros efficiat histrionica hujusmodi adulterii spectacula, quam petulantes impudentesque efficiant spectatores; nihil enim lascivius, nihil petulantius oculo, qui hujusmodi spectacula ferre possit. Tu vero in foro quidem nudam mulierem aspicere nolis; imo neque domi: rem enim hujusmodi contumeliam vocas: in theatrum tamen ascendis, ut commene genus virorum mulierumque contumelia afficias, oculosque tuos deturpes? Ne mihi dixeris mulierem illam nudam, esse meretricem; utique idem ipse sexus, idem corpus est meretricis et liberæ. Si enim obscœni nihil ea in re est, cur cum in foro eadem ipsa videris, statim resilis, et inverecundam depellis? an cum disjuncti sumus, id obscœnum est; cum autem congregati una sedemus, non perinde turpe est? Verum hoc ridiculum ac dedecus est, et hæc verba extremam præ se ferunt demeritiam: meliusque esset cœno atque luto oculos oblinere, quam ita fœdam et iniquam rem spectare. Neque enim tantum damni oculo inferit luctum, quantum lascivus aspectus et nudæ mulieris spectaculum. Audi igitur quid nuditatem ab initio fecerit, et tantæ turpitudinis rationem metue. Quid ergo nuditatem effecit? Inobedientia et diaboli insidia. Sic jam olim et ab initio hoc ejus fuit studium. Verum illos saltem pudebat quod nudi essent: vos autem id decori vobis esse putatis, secundum illud apostoli, *Gloriam in turpitudine habentes* (*Philipp. 3. 19*). Quibus ergo te oculis uxor aspiciet, a tam iniquo spectaculo redeuntem? quomodo te recipiet? quibus te verbis alloquetur, qui muliebrem sexum totum ita dehonestaveris, et ex tali spectaculo captivus et servus meretricis effectus sis? Si hæc audientes doletis, gratiam vobis habeo maximam. *Quis enim est qui me lætificet, nisi is qui ob dicta mea tristatur* (*2. Cor. 2. 2*)? Ne cessetis igitur de his ingemere et morderi: nam dolor de rebus hujusmodi principium vobis erit conversionis ad meliora. Ideoque vehementiori sermone sum usus, ut per profundiorum incisionem a putredine illa temulentorum hominum vos liberarem, et ad puram animi sanitatem reducerem: qua utinam nos omnes per omnia fruamur, et præmia bonis actibus reposita consequamur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VII.

CAP. II. v. 4. *Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur.* 5. *At illi dixerunt ei: in Bethlehem Judææ.*

1. Vidistin' omnia ad Judæorum confutationem accidisse? Quamdiu enim non videbant eum, nec invidia corripiebantur, testimonia vere et ut erant proferebant: ubi autem viderunt gloriam ex miraculis partam, invidia demum correpti, veritatem prodiderant. Sed veritas in omnibus eminebat, et ab inimicis magis magisque promulgabatur. Hic mihi vide quam mira, quam stupenda provideantur. Mutuas sibi commodant notitias barbari et Judæi, ita ut singuli ab aliis quidpiam novi ediscant. Judæi namque a magis edidicerunt, quod stella ipsum in Persarum regione prædicaverit: magi a Judæis acceperunt, eum ipsum, quem stella prædicaverat, jam a multis retro temporibus per prophetas prænuntiatum fuisse: atque interrogationis occasio clarioris et accuratioris doctrinæ demonstratio utrisque fuit: certe veritatis inimici scripta veritatis testimonia vel inviti legere coguntur, et prophetiam interpretari, etiamsi non totam: cum enim Bethlehem dixissent, et inde exorturum esse eum qui regeret Israel, non addiderunt id quod sequebatur, ut regi adularentur. Quid autem est illud? *Et egressus ejus ab initio ex diebus sæculi* (Mich. 5. 2). Et qua de causa, inquires, si inde oriturus erat, post partum in Nazaret mansit, et prophetiam obscuravit? Imo non obscuravit, sed clariorem effecit. Nam quod mater ejus, quæ illic habitabat, hoc in loco pepererit, id certe ostendit rem per providentiam factam fuisse. Quapropter non statim atque natus est, hinc exiit, sed ibi mansit per dies quadraginta, locum dans illis qui vellent curiosius inquirere, ut accurate examinarent omnia. Multa quippe erant quæ ad hanc perquisitionem moverent, si quidem attendere vellent. Etenim venientibus magis, concitata est universa civitas, et cum civitate rex ipse: propheta in medium adductus est, forum judiciale magnum collectum est; aliaque multa ibidem gesta sunt, quæ omnia narrat accurate Lucas; verbi gratia quæ ad Annam spectant, quæ ad Simeonem, ad Zachariam, ad angelos, ad pastores, quæ omnia poterant iis qui animum adhibere vellent occasionem dare, ut quod factum erat deprehenderent. Nam si magi ex Perside venientes locum non ignoraverunt, multo magis ii, qui istic versabantur, hæc poterant ediscere. Sese igitur ostendit ab initio per multa miracula: quia autem videre voluerunt, per aliquantum temporis sese occultans,

iterum se alio longe clariore ostendit modo. Non enim magi deinceps, non stella, sed Pater superne prædicavit in Jordanis fluentis, et Spiritus supervenit, vocem illam in baptizati caput afferens: et Joannes cum libertate omni per totam Judæam clamabat, habitabilem, inhabitatam terram hujusmodi doctrina replens: miraculorum quoque testimonium, terra, mare universaque creatura splendidam hac de re vocem emittebat. Ipso etiam partus tempore tot accidere signa, quæ possent indicare ipsum advenisse. Ne dicerent enim Judæi: Nescimus ubi vel quo loco natus sit, illa quæ magos spectant provisa fuere, itemque alia quæ diximus, ita ut nullam excusationem afferre possint, quod id quod gestum erat non perquisiverint.

2. Perpende autem prophetiæ accuratorem. Non enim dixit, In Bethlehem manebit, sed, *Exibit*. Itaque id tantum prophetia exprimebat, quod ibi nasciturus esset. Quidam autem eorum impudenter dicunt, hæc de Zorobabele prænuntiata fuisse: sed quomodo sic possunt intelligere? Non enim *Egressus ejus ab initio ex diebus sæculi* (Mich. 5. 2). Quomodo autem illud quod initio dicitur, *Ex te exibit*, in illum convenire possit? Non enim in Judæa, sed in Babylone natus est: unde etiam Zorobabel appellatus fuit, quia ibi ortum duxit. Quotquot Syrorum linguam sciunt, id quod dicimus non ignorant. Præter ea vero quæ diximus, tempus totum subsequens hoc testimonium confirmare valet. Quid enim dicit? 6. *Nequaquam minima es in principibus Juda, et celebritatis causam adjicit his verbis, Quia ex te exibit*. Nullus autem alius hunc locum clarum conspicuumque fecit, nisi ipse solus. Post partum quippe illum ex finibus orbis veniunt visitatum præsepe et tugurii locum: id quod jam olim propheta prænuntiavit dicens: *Nequaquam minima es in principibus Juda* (Mich. 5. 2); id est, inter tribuum principes. Quibus verbis etiam Jerusalem complectitur. Sed ne sic quidem animum adhibuerunt, etiamsi utilitas ad ipsos dimanaret. Ideo enim nusquam prophetæ de dignitate ejus in principio tantum loquuntur, quantum de beneficio quod ipsa præstitit. Etenim cum Virginis partus instaret ait, *Vocabis nomen ejus Jesum*; et adjicit: *Ipsæ enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*. Magi vero non dicebant, Ubi est Filius Dei, sed, *Qui natus est rex Judæorum*. Illic quoque non dixit, *Ex te exibit Filius Dei*; sed, *Dux, qui regat populum meum Israel*. Oportebat quippe initio humiliore loquendi modo uti, ne hæc ipsis offendiculo essent, et ea dicere quæ ad

ΟΜΙΛΙΑ Ζ'.

Και συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐκυρθάνετο παρ' αὐτῶν, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας.

α'. Εἶδες ἅπαντα εἰς ἐλεγχὸν γινόμενα Ἰουδαϊκόν; Ἔως μὲν γὰρ αὐτὸν οὐκ ἐθεώρουν, οὐδὲ ὑπὸ τῆς βασκανίας ἠλίσκοντο, μετὰ ἀληθείας τὰς μαρτυρίας διηγόρευον· ἐπειδὴ δὲ εἶδον τὴν ἀπὸ τῶν θαυμάτων ἐγγινομένην⁸⁶ δόξαν, ὑπὸ τοῦ φθόνου κατασθεθέντες λοιπὸν προῦδωκαν τὴν ἀλήθειαν. Ἄλλ' ἡ ἀλήθεια διὰ πάντων ἤρπτετο, καὶ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μειζρόνως συνεκροτεῖτο. Ὅρα γοῦν καὶ ἐνταῦθα πῶς θαυμαστά καὶ παράδοξα οἰκονομεῖται πράγματα. Ὁμοῦ τε γὰρ καὶ μανθάνουσί τι πλεόν παρ' ἀλλήλων, καὶ διδάσκουσιν ἀλλήλους, οἱ τε βάρβαροι καὶ οἱ Ἰουδαῖοι. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι παρὰ [103] τῶν μάγων ἤκουον, ὅτι καὶ ἀστήρ αὐτὸν ἐπὶ τῆς Περσῶν ἐκήρυξε χώρας· οἱ δὲ μάγοι παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐμάνθανον, ὅτι τοῦτον, ὃν ὁ ἀστήρ ἐκήρυξε⁸⁷, καὶ προφήται πρὸ πολλῶν ἄνωθεν διηγόρευον χρόνων· καὶ τῆς ἐρωτήσεως ἡ ὑπόθεσις διδασκαλίας σαφεστέρας τε καὶ ἀκριβεστέρας ἑκατέρους⁸⁸ ἀπόδειξις γέγονε· καὶ οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ τὰ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας καὶ ἄκοντες ἀναγκάζονται ἀναγινώσκειν γράμματα, καὶ τὴν προφητείαν ἐρμηνεύειν, εἰ καὶ μὴ πᾶσαν. Εἰπόντες γὰρ τὴν Βηθλεὲμ, καὶ ὅτι ἐξ αὐτῆς ἐξελεύσεται ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, λοιπὸν οὐκέτι προσέθησαν τὸ ἐξῆς, κολακεύοντες τὸν βασιλέα. Τί δὲ τοῦτο ἦν; Ὅτι *αἱ ἐξοδοὶ αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος*. Καὶ τίνος ἕνεκεν, φησὶν, εἰ ἐκεῖθεν ἐμελλε παραγινέσθαι⁸⁹, ἐν Ναζαρέτ μετὰ τὸν τόκον διῆγε, καὶ συνεσχίαζε τὴν προφητείαν; Καὶ μὴν οὐ συνεσχίασεν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐξεκάλυψε. Τὸ γὰρ, ἐκεῖ τῆς μητρὸς οἰκούσης διαπαντός, ἐνταῦθα γεγεννηθῆναι δείκνυσιν ἐξ οἰκονομίας τὸ πρᾶγμα γινόμενον. Διὰ τοι τοῦτο οὐδὲ εὐθέως τεχθεὶς ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν⁹⁰, ἀλλ' ἐποίησεν ἡμέρας τεσσαράκοντα, τοῖς βουλομένοις περιεργάζεσθαι διδοὺς μετὰ ἀκριβείας ἐξετάζειν ἅπαντα. Καὶ γὰρ πολλὰ ἦν τὰ κινούμενα πρὸς τὴν τοιαύτην ζήτησιν, εἰ γε προσέχειν ἐδούλοντο. Καὶ γὰρ ἐλθόντων τῶν μάγων, ἀνεπετρώθη πᾶσα ἡ πόλις, καὶ μετὰ τῆς πόλεως ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ προφήτης εἰς μέσον παρήγετο, καὶ δικαστήριον μέγιστον συνεκροτεῖτο, καὶ ἕτερα δὲ πλείονα γέγονεν αὐτόθι, ἅπερ ὁ Λουκᾶς μετὰ ἀκριβείας διηγείται ἅπαντα· οἷον τὰ κατὰ τὴν Ἄνναν, καὶ τὸν Συμεῶν, καὶ τὸν Ζαχαρίαν, καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ποιμένας, ἅπερ ἅπαντα τοῖς προσέχουσιν ἰκανὰ ἦν παρασχεῖν ἀφορμὰς τὸ [104] γεγεννημένον εὐρεῖν. Εἰ γὰρ ἀπὸ Περσίδος ἐλθόντες οἱ μάγοι οὐκ ἠγνόησαν τὸν τόπον, πολλῶ μᾶλλον οἱ ἐκεῖ διατρίβοντες ταῦτα μαθεῖν ἠδύναντο. Ἐδειξε μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἑαυτὸν διὰ πολλῶν θαυμάτων· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἠθέλησαν ἰδεῖν, κρύψας τὸν με-

ταξὺ χρόνον ἑαυτὸν, πάλιν ἐξ ἐτέρας ἀπεκάλυψε λαμπροτέρας ἀρχῆς. Οὐδὲ γὰρ οἱ μάγοι λοιπὸν, οὐδὲ ὁ ἀστήρ, ἀλλ' ὁ Πατὴρ ἄνωθεν ἐκήρυττεν⁹¹ ἐπὶ τῶν Ἰορδανείων βείθρων· καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ⁹² ἐπεφοίτα, τὴν φωνὴν ἐκαίην ἔλκον ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ βαπτιζομένου· καὶ Ἰωάννης μετὰ παύσεως ἀπάσης πανταχοῦ τῆς Ἰουδαίας ἐβόα, τὴν οἰκουμένην, τὴν αἰοκῆτον τῆς τοιαύτης διδασκαλίας πληρῶν· καὶ ἡ τῶν θαυμάτων δὲ μαρτυρία, καὶ γῆ, καὶ θάλαττα, καὶ ἡ κτίσις ἅπαντα λαμπρὰν ὑπὲρ αὐτοῦ ἠφίει φωνήν. Παρὰ δὲ τὸν καιρὸν τῶν ὠδίων τσοαῦτα ἐγίνετο, ὅσα εἰκὸς ἡρέμα δεῖξαι τὸν παραγεγονότα. Ἴνα γὰρ μὴ λέγωσιν οἱ Ἰουδαῖοι⁹³, ὅτι οὐκ ἴσμεν πότε ἐτέχθη, οὐδὲ ἐν ποίῳ χωρίῳ, τὰ τε κατὰ τοὺς μάγους πάντα φκονομήθη, καὶ τὰ ἄλλα ἅπερ εἰρήκαμεν· ὥστε οὐδεμίαν αἰτίαν ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν, μὴ ζητήσαντες τὸ γεγεννημένον.

β'. Σκόπει δὲ καὶ τῆς προφητείας τὴν ἀκρίθειαν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐν Βηθλεὲμ μενεῖ, ἀλλ', ἐξελεύσεται. Ὅστε καὶ τοῦτο προφητείας ἦν, τὸ γεννηθῆναι ἐκεῖ μόνον. Τινὲς δὲ αὐτῶν ἀναισχυντοῦντές⁹⁴ φασί, περὶ τοῦ Ζοροβάβελ ταῦτα εἰρησθαι· καὶ πῶς ἂν ἔχοιεν λόγον; Οὐ γὰρ δὴ, *αἱ ἐξοδοὶ αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος*. Πῶς δὲ τὸ ἐν ἀρχῇ λεχθὲν, ὅτι *Ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται*, ἀρμόσειεν ἂν ἐκεῖνω; Οὐ γὰρ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ ἐτέχθη· ὅθεν καὶ Ζοροβάβελ [105] ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐκεῖ σπαρῆναι. Καὶ ὅσοι τὴν Σύρων Ἰσαοὶ γλῶτταν, Ἰσαοὶ τὸ λεγόμενον. Μετὰ δὲ τῶν εἰρημένων, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα χρόνος ἅπας ἰκανὸς συστήσει τὴν μαρτυρίαν. Τί γὰρ φησιν; *Οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἰ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰουδα*· καὶ τὴν αἰτίαν προσέτιθη τῆς περιφανείας, λέγων, *ὅτι, ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται*. Οὐδεὶς δὲ ἕτερος λαμπρὸν καὶ περιφανὲς ἐκεῖνο τὸ χωρίον ἐποίησεν, ἀλλ' ἡ μόνος αὐτός. Μετὰ γοῦν τὸν τόκον ἐκείνον, ἀπὸ τῶν παράτων τῆς οἰκουμένης ἔρχονται ὀφόμενοι τὴν φάτην καὶ τῆς καλύψεως τὸν τόπον· ὅπερ ἄνωθεν ὁ προφήτης προανεφώνησε, λέγων· *Οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἰ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰουδα*· τούτεστιν, ἐν τοῖς φυλάρχοις. Τοῦτο δὲ εἶπὼν καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ περιέλαθεν. Ἄλλ' οὐδὲ οὕτω προσείχον, καίτοι τῆς ὠφελείας εἰς αὐτοὺς διαβαίνουσας. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο οὐδαμοῦ περὶ τῆς ἀξίας αὐτοῦ διαλέγονται οἱ προφήται ἐν ἀρχῇ τοσοῦτον, ὅσον περὶ τῆς εὐεργεσίας τῆς παρ' αὐτοῦ γενομένης εἰς αὐτούς. Καὶ γὰρ ἠνίκαι εἰτικτεν ἡ παρθένος· *Καλέσεις*, φησὶ, *τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν*· καὶ ἐπάγει λέγων· *Αὐτός γὰρ σώσει τὸν λαόν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν*. Καὶ οἱ μάγοι δὲ οὐκ ἔλεγον, ποῦ ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' *Ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων*. Καὶ ἐνταῦθα πάλιν οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' *Ἠγοῦμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραὴλ*. Ἐδει γὰρ καὶ συγκαταβατικώτε-

⁸⁶ ἐπιγιννομένην D. F. Sav. ⁸⁷ ἀνεκήρυξε Edd. ⁸⁸ ἑκατέρους om. F. An. ⁸⁹ παραγενέσθαι F. ⁹⁰ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν] ἦλθεν F. cui favent An. Ep. ἐξῆλθεν] ἦλθεν pr. D. ⁹¹ ἀνεκήρυττεν D. E. ⁹² δὲ om. I'. ⁹³ οἱ Ἰουδαῖοι om. F. Ep. An. Arm. ⁹⁴ ἀναισχυντοῦντες F. Ep.

ρον διαλέγεσθαι ἐν προομιόις, ἵνα μὴ σκανδαλιζώ-
ται, καὶ τὰ περὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν κηρύττειν, ἵνα
τούτῳ μᾶλλον ἐνάγωνται. Ὅσαι γοῦν πρώται φέρον-
ται ⁹⁵ μαρτυρίαι, καὶ ὧν εὐθέως παρὰ τὴν γέννησιν
καιρὸς ἦν, οὐδὲν μέγα, οὐδὲ ὀφθαλμὸν περὶ αὐτοῦ λέγου-
σιν, οὐδὲ οἷον αἱ μετὰ τὴν τῶν σημείων ἐπιδείξιν·
ἐκείναι ⁹⁶ γὰρ τρανότερον περὶ τῆς αὐτοῦ ἀξίας δια-
λέγονται. Ὅτε γοῦν μετὰ πολλὰ ⁹⁷ θαύματα παιδία
ὑμνοῦς εἰς αὐτὸν ἤθον, ἄκουσον τί φησιν ὁ Προφή-
της· *Ἐκ στόματος [106] ῥημάτων καὶ θηλαζόντων
κατητήσιω αἶνον·* καὶ πάλιν· *Ὅτι θυγομαι τοὺς
οὐρανούς ἔργα τῶν δακτύλων σου·* ὅπερ δημιουργ-
γὼν αὐτὸν δείκνυσι τοῦ παντὸς ὄντα. Καὶ ἡ μετὰ τὴν
ἀγάληψιν δὲ παραχθεῖσα μαρτυρία τὸ πρὸς τὸν Πα-
τέρα ὁμότιμον δηλοῖ· *Ἐίπε γάρ, φησὶν, ὁ Κύριος
τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου.* Καὶ ὁ Ἡσαίας
δὲ φησιν, ὅτι· *Ὁ ἀνοσιτάμενος ἀρχεὶν ἔθνῶν, ἐπ'
αὐτῷ ἔθνη ἔλπιουσιν.* Πῶς δὲ φησὶ τὴν Βηθλεὲμ ἐν
τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα οὐκ εἶναι ἐλαχίστην; οὐδὲ γὰρ
ἐν Παλαιστίνῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ
περίβλεπτος γέγονεν ⁹⁸ ἡ κώμη. Ἀλλὰ τέως πρὸς
Ἰουδαίους ὁ λόγος· διὸ καὶ ἐπήγαγε· *Ποιμανεῖ τὸν
λάον μου τὸν Ἰσραὴλ·* καίτοιγε τὴν οἰκουμένην
ἐποίμανεν· ἀλλ', ὅπερ ἔφη, οὐ βούλεται σκανδαλι-
σαι τέως τὸν περὶ τῶν ἔθνῶν ἐκκαλύπτων ⁹⁹ λόγον.
Καὶ πῶς οὐκ ἐποίμανε, φησὶ, τὸν λαὸν τὸν Ἰουδαϊκόν;
Μάλιστα μὲν καὶ αὐτὸ γέγονε· τὸν γὰρ Ἰσραὴλ ἐν-
ταῦθα εἰπὼν, τοὺς αὐτῷ πεπιστευκότας ἐξ Ἰουδαίων
ἠνέκατο. Καὶ τοῦτο ἑρμηνεύων ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Οὐ
γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ, ἀλλ'
οἱ διὰ πίστεως καὶ ἐπαγγελίας ἐγεννηθήσαν.*
Εἰ δὲ μὴ πάντας ἐποίμανε, τοῦτο αὐτῶν ἔγκλημα καὶ
κατηγορία. Δείον γὰρ αὐτοὺς προσκυνῆσαι μετὰ τῶν
μάγων, καὶ δοξάζειν τὸν Θεόν, ὅτι ἐπίσητος καιρὸς τοιού-
των, πάντα λῶν αὐτῶν τὰ ἀμαρτήματα· καὶ γὰρ
οὐδὲν περὶ δικαστηρίων ἤκουσαν, οὐδὲ εὐθυῶν, ἀλλὰ
περὶ ἡμέρου καὶ πρᾶου ποιμένος· οἱ δὲ ¹ τούναντιον
ποιοῦσι, καὶ ταράττονται, καὶ θορυβοῦσι ², καὶ μυρίας
μετὰ ταῦτα κατασκευάζουσιν ἐπιβουλὰς. *Τότε Ἡρώ-
δης καλέσας λάθρα τοὺς μάγους, ἠκρίβωσε παρ'
αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ γαινομένου ἀστέρος·* ἐπι-
χειρῶν ἀνελεῖν τὸ τεχθὲν, ὅπερ ἐσχάτης ἀνοίας ἦν,
οὐχὶ μανίας μόνον. Καὶ γὰρ τὰ εἰρημένα καὶ τὰ
γεγεννημένα ἱκανὰ ἦν ἀποστήσαι [107] αὐτὸν πάσης
τῆς τοιαύτης ἐπιχειρήσεως. Οὐδὲ γὰρ κατὰ ἄνθρωπον
ἦν τὰ συμβάντα. Τὸ γὰρ ἀστέρα καλέσαι τοὺς μά-
γους ἄνωθεν, καὶ τὸ βαρβάρους ἀνδρας τοσαύτην ἀπα-
θημίαν στελλασθαι, ὥστε προσκυνῆσαι τὸν ἐν σπαρ-
γάνοις καὶ φάτῃ κείμενον, καὶ τὸ προφήτας δὲ ἄνω-
θεν ταῦτα πάντα ³ προαναφωνεῖν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα,
μείζονα ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἦν· ἀλλ' ὁμοῦς οὐδὲν αὐ-
τὸν τούτων κατεῖχε.

γ. Τοιούτον γὰρ ἡ πονηρία· ἑαυτῇ περιπίπτει, καὶ
ἀνηνύτοις αἰεὶ πρᾶγμασιν ἐπιχειρεῖ. Σκόπει δὲ τὴν

ἄνοιαν. Εἰ μὲν ἐπίστευε τῇ προφητείᾳ, καὶ ἀκίνητον
αὐτὴν εἶναι ἐνόμιζεν, εὐδολῶν ὅτι ἀδυνάτους ⁴ ἐπιχει-
ρει πράγμασιν· εἰ δὲ ἠπίστευε πάλιν, καὶ ὁ προ-
εδόξα ἐκδέχασθαι τὰ λεγόμενα, δεδοικέναι καὶ φο-
βεῖσθαι οὐκ ἔχρη, οὐδὲ διὰ τοῦτο ἐπιβουλεύειν· ὥστε
ἐκατέρωθεν περιττὸς ὁ δόλος ἦν. Καὶ τοῦτο δὲ ἀνοίας
ἐσχάτης, τὸ νομίσαι τοὺς μάγους αὐτὸν προτιμήσειν
τοῦ τεχθέντος, ὑπὲρ οὗ τοσαύτην ἤλθον ἀποδημίαν.
Εἰ γὰρ πρὶν ἰδεῖν οὕτως ἦσαν ἐκκεκαυμένοι τῷ πῶθῳ,
μετὰ τὸ θεάσασθαι καὶ πιστωθῆναι παρὰ τῆς προφη-
τείας, πῶς ἠλπιζεν αὐτοὺς πείσαι προδοῦναι τὸ παι-
δίον αὐτῷ; Ἀλλ' ὁμοῦς καὶ τοσοῦτων ὄντων τῶν ἀπα-
γόντων αὐτὸν, ἐπιχειρεῖ, *Καὶ καλέσας λάθρα τοὺς
μάγους, ἐπυροθάνετο παρ' αὐτῶν.* Καὶ γὰρ ἐνόμιζεν
Ἰουδαίους κηδεσθαι τοῦ παιδίου· καὶ οὐκ ἂν προσ-
εδόκησεν ⁵ εἰς τοῦτο μανίας ἐξολισθαίνειν αὐτοὺς,
ὡς ⁶ τὸν προστάτην καὶ Σωτῆρα, καὶ ἐπ' ἐλευθερίᾳ
τοῦ ἔθνους παραγενόμενον βούλεσθαι ἐκδιδοῦναι τοῖς
ἐχθροῖς. Διὰ τοῦτο καὶ ⁷ λάθρα καλεῖ, καὶ ζητεῖ τὸν
χρόνον, οὐ τοῦ παιδίου, ἀλλὰ τοῦ ἀστέρος, ἐκ πολλῆς
τῆς περιουσίας τιθεὶς τὸ θήραμα. Καὶ γὰρ πρὸ πολ-
λοῦ χρόνου [108] δοκεῖ μοι ὁ ἀστήρ φανῆναι. Ἐπειδὴ
γὰρ πολὺν κατὰ τὴν ἰδοιορίαν ἔμμελλον ἀναλίσπει
οἱ μάγοι χρόνον, ἵνα εὐθέως ἐπιστώσι τῷ τεχθέντι·
ἴδει γὰρ ἐν αὐτοῖς προσκυνηθῆναι τοὺς σπαργάνους
αὐτὸν, ὥστε τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον φανῆναι
τοῦ πράγματος, πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου δείκνυσιν
ἑαυτὸν ὁ ἀστήρ. Εἰ γὰρ ἠνέκα ἐτέχθη ἐν Παλαιστίνῃ,
τότε αὐτοῖς ὤφθη ἐν τῇ ἀνατολῇ, πολὺν κατὰ τὴν
ἰδοιορίαν διατρίθοντες χρόνον, οὐκ ἂν ἐν σπαργά-
νοις εἶδον αὐτὸν παραγενόμενον. Εἰ δὲ ἀπὸ διετούς
ἀναιρεῖ καὶ κατωτέρω, μὴ θαυμάσωμεν· ⁸ ὁ γὰρ θυ-
μὸς καὶ τὸ δέος ὑπὲρ πλείονος ἀσφαλείας καὶ κλιείας
προσετίθει χρόνον, ὥστε μηδένα διαφυγεῖν. Καλέσας
οὖν αὐτοὺς, φησὶ· *Πορευθέντες ἀκριβῶς ἐξετάσατε
περὶ τοῦ παιδίου· ἐκὰρ δὲ εὐρησες, ἀπαγγέλλατέ
μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ.* Εἶδες
τὴν ἄνοιαν; Εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἀληθείας ταῦτα λέγεις,
τίνος ἕνεκεν λάθρα ἐρωτᾷς; εἰ δὲ ἐπιβουλεύσαι ⁹
βουλόμενος, πῶς οὐ συνείδες, ὡς ¹⁰ ἐκ τοῦ λάθρα
ἐρωτᾶσθαι δυνήσονται συνιδεῖν οἱ μάγοι τὸν δόλον;
Ἀλλ', ὅπερ ἔφη, ψυχὴ ὑπὸ πονηρίας ἀλοῦσα, πάν-
των ἀνοητοτέρα γίνεται. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἀπελθόντες
μάθετε περὶ τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ *Περὶ τοῦ παιδίου·*
οὐδὲ γὰρ τὸ ὄνομα τῆς ἀρχῆς καλέσαι ἠνέσχετο.
Ἀλλ' οἱ μάγοι τούτων οὐδὲν συνιδόντες ὑπὸ ¹¹ πολλῆς
εὐλαβείας· οὐ γὰρ ἂν ¹² προσεδόκησαν, ὅτι εἰς τοσοῦ-
τον πονηρίας ἐξῆλθεν ἂν ¹³ ἐκεῖνος, καὶ οὕτω θαυ-
μαστῇ οικονομίᾳ ἐπιβουλεύσαι ἐπιχειρήσειεν· Ἀτέρ-
χονται τούτων οὐδὲν ὑφορώμενοι, ἀλλ' ἐκ τῶν καθ'
ἑαυτοὺς καὶ τὰ τῶν ἄλλων στοχαζόμενοι ἄπαντα.
*Καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστήρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προ-
ῆγεν αὐτούς.* Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐκρύβη, ἵνα ἀπο-
λέσαντες τὸν χειραγωγούντα, εἰς ἀνάγκην ἐμπέσωσιν

⁹⁵ προφέρονται D. ⁹⁶ ἐκείναι] αὐταὶ A. B. ⁹⁷ πολλὰ] τὰ πολλὰ A. ⁹⁸ γέγονεν] ἐγένετο A. B. ⁹⁹ ἐκκα-
λύπτων] Sic codd. praeter F. MSS. plurimi ἐκκαλύπτων, male Montef. Imo optime; ut jam olim viderat
Boisius καλύπτων F. Mor. B. n. ἐκκαλύπτων Sav. ¹ Sic A. οἱ δὲ vulgo abest. Vid. annot. ad p. 93 C.
τούναντιον δὲ F. ² θορυβοῦνται A. B. ³ πάντα om. D. et per errorem Ben. ⁴ ἀνηνύτοις Edd. ἐπιχειρεῖ
C. D. ⁵ προσεδόκησεν post αὐτοὺς collocant A. B. C. ⁶ ὡς] add. διὰ τούτων D. E. F. add. διὰ τοῦτο
Edd. neutrum agnoscunt A. B. C. An. Arm. ⁷ καὶ om. F. An. ⁸ θαυμάσας B. An. ⁹ ἐπιβουλεύσαι] Sic
F. An. Arm. caeteri cum Euth. ἀνελεῖν. ¹⁰ ὡς] ὅτι F. ¹¹ ὑπὸ] ἀπὸ A. ¹² οὐ γὰρ ἂν] οὐ γὰρ C. οὐδὲ γὰρ
A. B. ¹³ ἐξῆλθεν ὃν A. B. C. ἐξῆλθεν (om. ἂν) D. Mox ἐπιχειρήσειεν A. B. C.

salutem ipsorum spectabant, ut sic facilius attraherentur. Quotquot itaque prima proferuntur, quorum tempus ortum ejus spectat, nihil magnum vel sublimius de illo dicunt, nec perinde atque ea quæ ad signa et miracula edita spectant: illa quippe clarior de ipsius dignitate loquuntur. Quod itaque post multa miracula hymnos in illum pueri canerent, audi quomodo dicat propheta: *Ex ore infantium et lactentium perfecti laudem* (Psal. 8. 3); ac rursum: *Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum* (Ibid. v. 4), id quod ipsum universi Creatorem declarat. Illud vero testimonium, quod peractam assumptionem respicit, ejus cum Patre æqualitatem ostendit his verbis: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis* (Psal. 109. 1). Isaias vero ait, *Qui consurgit imperare gentibus, in ipso gentes sperabunt* (Isai. 11. 10). Cur autem ait Bethlehem in principibus Juda non esse minimam? Neque enim in Palæstina tantum, sed etiam in toto orbe illustris vicus effectus est. Sed ad Judæos nunc sermo spectat, ideoque subjunxit, *Reges populum meum Israel*: atqui orbem etiam rexit. At, ut dixi, non vult offendiculo esse, ideoque de gentibus verba non facit. Et quomodo, inquires, non rexit populum Judaicum? Imo illud quoque factum est; cum enim Israelem dicit, Judæos qui in ipsum crediderunt subindicat. Et hoc interpretans Paulus ait: *Non enim omnes, qui ex Israel, sunt Israelitæ; sed quicumque per fidem et repromissionem nati sunt* (Rom. 9. 6). Quod si non omnes rexit, id vocatorum crimen et culpa est. Cum debuissent enim illos adorare cum magis, et Deo gloriam referre, quod tempus advenisset in quo omnia ipsorum peccata solverentur (nihil enim de tribunali et de repetendis pœnis audierant, sed de miti et mansueto pastore), illi contra turbantur et turbant, et innumeras postea struunt insidias. 7. *Tunc Herodes clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis*: puerum interficere cupiens: quod non furoris tantum, sed etiam extremæ dementiæ fuit. Etenim ea quæ dicta et gesta fuerant a tali conatu illum detertere poterant. Neque enim humana erant ea quæ acciderant. Nam quod magos stella superne vocasset, quodque barbari tantam susciperent peregrinationem, ut in cunabulis et in præsepi jacentem adorarent, quod propheta jam olim hæc omnia prædicerent, aliaque omnia majora erant, quam quæ hominem spectarent: atamen nihil eorum ipsum cohibuit.

3. Hujusmodi namque est malignitas, in sese ipsa impingit, et res quæ perfici nequeunt semper aggreditur. Perpende stultitiam. Si prophetiæ credebatur, illamque immotam firmamque putabat, palam est eum impossibilia conatum esse; quod si non credebatur, nec putabat ea quæ dicebantur, eventura esse, metuere vel timere non oportuit, nec ea de causa puero insidiari: ex utraque igitur parte superflua erat dolus. Illud quoque extremæ dementiæ erat, quod putaverit magos ipsum antelatuos esse puero, pro quo tantam

susceperant peregrinationem. Nam si vel antequam illum vidissent, ita ardebant desiderio: postquam viderant et per prophetiam confirmati fuerant, quomodo sperabat se suadere illis posse, ut puerum sibi proderent? Atamen quod tot tantaque essent quæ ipsum a proposito abducerent, id conatus est, et clam vocatis magis, sciscitabatur ab eis: putabat enim Judæos de pueri salute sollicitos esse: neque credebatur illos in tantum insaniam devenisse, ut ideo vellent patronum et Servatorem, qui ad libertatem gegeti procurandam venerat, inimicis prodere. Ideo clam vocat, et tempus inquiri, non pueri, sed stellæ, venatum illum magna cum diligentia captans. Nam videtur mihi stella diu ante apparuisse. Quia enim multum temporis in itinere insumpturi erant magi, ut nato statim adessent (oportebat quippe in cunabulis ipsum adorare, ut mirabilior res appareret); stella multum antea sese ostendit. Nam si eo ipso tempore quo natus est in Palæstina, stella apparuisset illis in oriente, post multum insumptum in itinere tempus, non vidissent eum in cunabulis. Quod autem a bimatu et infra occiderit, ne miremur; furor enim et timor ad majorem securitatem plus temporis adjecit, ut nullus effugeret. Vocatis igitur illis, ait: 8. *Euntes interrogate diligenter de puero, et cum inveneritis renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum*. Vidisti' insipientiam? Si enim ex veritatis affectu loqueris, cur clam interrogas? sin insidias paras, cur non cogitas, magos cum te videant clam interrogare, dolum suspicatuos esse? Sed, ut dixi, anima semel malignitate correpta, omnium insipientissima evadit. Non dixit, *Euntes interrogate de rege, sed, De puero*: non enim imperii nomen proferre sustinuit. Magi vero, qui præ multa pietate nihil horum noverant (neque enim putabant illum in tantum nequitia prorupisse, ut tam mirabili œconomiæ insidiari tentaret), nihil hujusmodi suspicantes abeunt, sed ex affectu suo alios æstimant. 9. *Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos*. Ideo enim occultata fuerat, ut amisso duce, Judæos interrogare cogerebantur, et sic res omnibus palam fieret. Postquam enim interrogaverant, et Judæos doctores habuerant, rursus illis apparet. Et consideres velim optimum rerum ordinem. Post stellam excipit eos Judaicus populus, rexque ipse, prophetamque inducunt prænuntiantem id quod apparuerat. Post prophetam rursus angelus ipsos excipit, omniaque docet: interim vero Jerosolymis in Bethlehem a stella ducuntur: stella enim ab istinc viæ dux fuit: ut hinc quoque discas, non fuisse illam ex numero cæterarum stellarum: nulla quippe stella hanc habet naturam. Neque solum ibat, sed etiam antecedebat ducens et quasi manu trahens illos in medio die.

4. Et quid opus erat stella, inquires, cum jam notus locus esset? Ut puer videri posset. Nihil quippe erat quod ipsum ostenderet. Nam neque domus erat con-

spicua, neque mater ejus illustrem quamdam speciem præ se ferebat. Opus itaque erat stella quæ eos in ipso loco sisteret. Quamobrem Jerosolyma egredientibus apparet, nec stat prius quam ad præsepe pervenerit, et miraculum miraculo addiderit: nam utrumque mirabile erat, et quod magi adorarent, et quod stella ipsos sisteret: quæ sane possent vel lapideos animos atrahere. Si enim dixissent magi, se prophetas audivisse hæc dicentes, vel hæc sibi privatim ab angelis dicta fuisse, fides illis non fuisset habita: jam vero stella superne lucente, vel impudentium ora obstruebantur. Deinde cum puero immineret stella, stetit: id quod majoris erat potestatis, quam ut stellæ competat, quod scilicet modo occultetur, modo appareat, et cum apparet, cursum sistat. Hinc illi incrementum fidei ceperunt: ideo lætati sunt, quia quod quærebant inveniunt, quia nuntii veritatis effecti sunt, quia non frustra tantum susceperunt iter: sic ardenti Christi desiderio flagrabant. Nam accedens stella, super ipsum pueri caput stetit, ostendens divinam esse prolem: cumque stetisset, ad adorandum adducit, non simpliciter barbaros, sed qui inter illos sapientissimi erant. Vides hanc stellam jure merito apparuisse? Siquidem et post prophetiam, et post sacerdotum scribarumque interpretationem, adhuc illa utebantur duce.

Marcion et Paulus Samosatenu ex stella confutati.— Erubescat Marcion, erubescat Paulus Samosatenu, qui noluerunt ea videre, quæ magi viderunt, Ecclesiæ progenitores (a): neque enim pudet me sic illos vocare. Erubescat Marcion, Deum videns in carne adoratum. Erubescat Paulus, videns illum non simpliciter ut hominem adorari. Nam quod in carne adoratus sit, id et panni ostendunt et præsepe: quod autem non quasi hominem purum adoraverint, declarant dum immaturæ ætati talia proferunt dona, quæ Deo offerri par erat. Erubescant cum illis et Judæi, dum barbaros et magos vident, qui ipsos præveniunt, nec post illos accedere volunt. Nam quæ tum facta sunt, futurorum erant figura: atque in exordio ipso declaratum est, gentes populum illum præventuras esse. Et cur, inquires, non ab initio, sed postea dicebat, *Euntes docete omnes gentes* (Matth. 28. 19)? Quia, ut jam dixi, quod tunc factum est, futurorum figura, et quasi prædictio erat. Consentaneum quippe erat, ut Judæi cæteros præcederent; quia vero præstitum sibi beneficium sponte respuerunt, res præpostere versa est: siquidem neque hic par erat, ut magi ante Judæos venirent; neque ut ii qui tanto spatio distabant, eos qui circa urbem ipsam habitabant antecederent, neque ut ii, qui nihil audierant eos, qui inter tot prophetias innutriti fuerant, præveniunt; verum quia in summa bonorum suorum igno-

(a) Hic magi dicuntur Ecclesiæ progenitores, quia ipsi primi in regione sua, imo etiam in Judæa, Christum advenisse prædicarunt. Qua ratione auctores et fundatores Christianismi dici possunt.

rantia versabantur, qui in Perside, eos qui Jerosolymis sunt prævertunt; id quod etiam dicit Paulus: *Vobis oportebat annuntiare primum regnum Dei: sed quia vos indignos judicastis, ecce convertimur ad gentes* (Act. 13. 46). Etiam si enim antea increduli erant, a magis saltem audientes accurrere oportebat; sed noluerunt: ideoque, illis dormientibus, hi præcurrunt.

5. *Exhortatio moralis. Qui indigne mysteria sumunt, Herodi similes. Theatrorum obscenitas.* — Magos itaque sequamur, et a barbarorum tamen moribus multa intercapedine nos removeamus, ut Christum videamus: quandoquidem et ipsi nisi procul a sua regione recessissent, non illum visuri erant. Recedamus a terrenis negotiis. Etenim magi, dum in Perside essent, stellam videbant: cum autem a Perside recesserunt, Solem justitiæ conspexere; imo nec stellam ultra visuri erant, nisi prompto animo inde profecti essent. Surgamus igitur et nos; etiam si omnes perturbentur, ad domum pueri curramus: etsi reges, etsi populi, etsi tyranni hanc viam intercipere satagant, ne desiderium solvamus. Sic enim omnia ingruentia mala depellemus. Siquidem et hi quoque, nisi puerum vidissent, periculum, quod a rege metuebant, non effugissent. Antequam puerum viderent, timores, pericula, perturbationes undique instabant; post adorationem vero, tranquillitas atque securitas; neque ulterius stella, sed angelus ipsos excipit, ab adoratione sacerdotes effectos: etenim munera obtulerunt. Dimissis itaque Judaico populo, perturbata civitate, sanguinario tyranno, sæculari pompa, in Bethlehem cito perge, ubi domus panis spiritualis. Etsi enim pastor fueris, eoque adveneris, puerum in diversorio videbis. Etiam si rex fueris, nec tamen adveneris, nihil tibi purpura proderit; etiam si magus fueris, nihil te hoc impediet, si modo honoraturus adoraturusque accesseris, nec conculcaturus Filium Dei: si cum tremore simul et gaudio hoc egeris; hæc enim ambo possunt concurrere. Sed cave ne Herodi similis sis et dicas, *Ut veniens adorem eum*, veniensque occidere tentes. Illi enim similes sunt, qui indigne mysteriorum participes sunt. Nam qui hujusmodi est, *Reus erit*, inquit, *corporis et sanguinis Domini* (1. Cor. 11. 27). Nam qui hujusmodi sunt, habent in se tyrannum invidentem regno Christi, mamonomam nempe Herode iniquiorem. Hic quippe imperare vult, mittitque cultores suos, qui simulate quidem adorent, sed adorando jugulent. Timeamus itaque, ne speciem supplicum et adoratorum habeamus, opere autem contraria exhibeamus. Omnia e manibus projiciamus adoraturi. Si aurum habeamus; ipsum offeramus, nec defodiamus. Si enim barbari illi ad honorem munera tunc obtulerunt, quis tu eris nisi tribuas indigenti? si illi tantam susceperere viam, ut natum viderent, quam excusationem habebis tu, qui ne ad vicum quidem unum properas, ut infirmum, et in vinculis detentum visites? Atqui nos et infirmos,

ἔρωτησαι τοὺς Ἰουδαίους, καὶ πᾶσι κατὰ δὴλον τὸ πρᾶγμα γένηται [109]. Ἐπειδὴ γὰρ ¹⁴ ἠρώτησαν καὶ διδασκάλους ἔσχον τοὺς ἔχθρους ¹⁵, φαίνεται πάλιν αὐτοῖς. Καὶ σκόπει ἀκολουθίαν ἀρίστην γινομένην ¹⁶. Ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ ἀστέρος δέχεται αὐτοὺς ὁ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ τὸν προφήτην εἰσαγάγουσι διδάσκοντα τὸ φαινόμενον. Ἀπὸ δὲ τοῦ προφήτου πάλιν ἄγγελος αὐτοὺς παραλαβὼν πάντα ἐδίδαξε· τῶς δὲ ἀπὸ Ἱεροσολύμων εἰς Βηθλεὲμ διὰ τοῦ ἀστέρος βαδίζουσιν· ὁ γὰρ ἀστήρ πάλιν κάκειθεν συνώδευεν ¹⁷· ἵνα μάθης κἀνεύθεν, ὅτι οὐ τῶν πολλῶν εἰς ἦν οὗτος· οὐδὲ γὰρ ἔχει ταύτην τὴν φύσιν ἀστήρ οὐδὲ εἰς. Καὶ οὐχ ἀπλῶς ἐδάδιζεν, ἀλλὰ προ-ἤγεν αὐτοὺς ἔλκων καὶ χειραγωγῶν ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ.

δ. Καὶ τί τοῦ ἀστέρος τούτου ἔδει, φησὶ, λοιπὸν τοῦ χωρίου γνωρισθέντος; Ἴνα καὶ τὸ παιδίον ὄρθῃ. Οὐδὲ γὰρ ἦν τι τὸ δηλοῦν αὐτό· ἐπειδὴ οὐδὲ ¹⁸ ἡ οἰκία περιφανής ἦν, οὔτε ἡ μήτηρ λαμπρὰ καὶ ἐπίσημος. Ἔδει τοίνυν τοῦ ἀστέρος τοῦ ἐπιστήσαντος ¹⁹ αὐτοὺς τῷ τόπῳ. Διὰ καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων ἐξεληθοῦσι φαίνεται, καὶ οὐ πρότερον ἴσταται, εἰς τὴν φάτην κατέλαθε. Καὶ θαῦμα συνήπτετο ²⁰ θαύματι· καὶ γὰρ ἀμφοτέρα παράδοξα ἦν, καὶ τὸ τοὺς μάγους προσκυνεῖν, καὶ τὸ τὸν ἀστέρα προάγειν ²¹, καὶ ἰκανὰ καὶ τοὺς σφόδρα λιθίνους ἐπιστάσασθαι. Εἰ μὲν γὰρ εἶπον οἱ μάγοι, ὅτι προφητῶν ἤκουσαν ταῦτα λεγόντων, ἦ ὅτι ἄγγελοι κατ' ἰδίαν ²² αὐτοῖς διελέχθησαν, κἂν ἠπιστήθησαν· νῦν δὲ τῆς ὕψεως τοῦ ἀστέρος ἄνωθεν φαινομένης, καὶ οἱ σφόδρα ἀναισχυνοῦντες ἐπεστομίζοντο. Ἐἴτα ἐπειδὴ ἐπέστη τῷ παιδίῳ, ἔστη πάλιν ὁ ἀστήρ· ὅπερ καὶ αὐτὸ μελίσσως δυνάμει ἢ κατὰ ἀστέρα ἦν, τὸ νῦν μὲν κρούεσθαι, νῦν δὲ φαίνεσθαι, καὶ φανέντα ἴστασθαι. Ἐνετύθεν κάκεινοι προσθήκην πίστεως ἐλάβανον. Διὰ τοῦτο καὶ ἐχάρησαν, ὅτι τὸ ζητούμενον εὑρον. ὅτι [110] ἄγγελοι ἀληθείας γέγονασιν, ὅτι οὐκ εἰχῆ τοσαύτην ἤλθον ὁδόν· οὕτω πολὺν τινα πόθον περὶ τὸν Χριστὸν εἶχον. Καὶ γὰρ ἐλθὼν κατ' αὐτῆς ἔστη τῆς κεφαλῆς, δεικνὺς ὅτι θεῖόν ἐστι τὸ γέννημα· καὶ σταθεῖς, ἐπὶ τὴν προσκύνησιν ἄγει, οὐχ ἀπλῶς βαρβάρους, ἀλλὰ τοὺς σοφωτέρους παρ' ἐκείνους. Ὁρᾷς ὅτι εἰκότως ἀστήρ ἐξάνη; Καὶ γὰρ ²³ μετὰ τὴν προφητείαν, καὶ μετὰ τὴν τῶν ἀρχιερέων καὶ γραμματέων ἐξήγγισιν, ἔτι τούτῳ προσεῖχον.

Αἰσχυνέσθω Μαρκίων, αἰσχυνέσθω Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς, μὴ βουλευθέντες ἰδεῖν ὅπερ οἱ μάγοι εἶδον, εἰ τῆς Ἐκκλησίας πρόγονοι· οὐδὲ γὰρ αἰσχυνομαι οὕτως αὐτοὺς καλῶν. Αἰσχυνέσθω Μαρκίων, ὁρῶν Θεὸν ἐν σαρκὶ προσκυνούμενον. Αἰσχυνέσθω Παῦλος, ὁρῶν οὐχ ὡς ἀνθρώπων προσκυνούμενον ἀπλῶς. Ἄλλ' ὅτι μὲν ἐν σαρκὶ, τὰ σπάργανα δεικνύσι καὶ ἡ φάτη· ὅτι δὲ οὐχ ὡς ψιλὸν ἀνθρώπων προσεκύνουν, δηλοῦσιν ἐν ἀνθρώπῳ τῆς ἡλικίας τοιαῦτα δῶρα προσάγοντες, ἃ Θεῷ προσάγειν εἰκός ἦν. Αἰσχυνέσθωσαν μετ' αὐτῶν

καὶ Ἰουδαῖοι, βαρβάρους καὶ μάγους ὀρῶντες αὐτοὺς φθάνοντας, καὶ οὐδὲ μετ' ἐκείνους ἔλθειν ἀνεχόμενοι. Καὶ γὰρ τύπος ἦν τῶν μελλόντων τὰ τότε γινόμενα· καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν προοιμίων ἐδπλοῦτο, ὅτι φθάσει τ' ἔθνον τὸν ἐκείνων ²⁴ τὰ ἔθνη. Καὶ πῶς, φησὶν, οὐκ ἐξ ἀρχῆς, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ἔλεγε· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*; Ὅτι τοῦ μέλλοντος, ὅπερ ἔφη, γίνεσθαι τύπος ἦν τὸ συμβαῖνον, καὶ προαναφώνησίν τις. Τὸ μὲν γὰρ ἀκόλουθον ἦν, Ἰουδαίους προσελθεῖν πρῶτους· ἐπειδὴ δὲ ἐκόντες προῦδωκαν τὴν οἰκίαν εὐεργεσίαν, ἀντιστρόφως [111] τὰ πράγματα γέγονεν. Ἐπεὶ οὐδὲ ἐνταῦθα πρὸ τῶν Ἰουδαίων ἔδει τοὺς μάγους ἔλθειν· οὐδὲ τοὺς ἐκ τοσοῦτου διαστήματος προλαθεῖν τοὺς παρ' αὐτὴν τὴν πόλιν καθημένους· οὐδὲ τοὺς οὐδὲν ἀκηχοῦσας φθάσαι τοὺς προφητείας συντραφέντας τοσαύταις. Ἐπειδὴ δὲ μεθ' ὑπερβολῆς τὰ οἰκεῖα ἠγγόνισαν καλὰ, οἱ ἀπ' Περσίδος τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις προλαμβάνουσιν· ὅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος φησιν· *Υμῖν ἀναγκαῖον ἦν* ²⁵ *πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Κυρίου* ²⁶· *ἐπειδὴ δὲ ἀναξίους καινοὺς ἐκρίνατε, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη*. Εἰ γὰρ καὶ μὴ πρὸ τούτου ἐπίειθοντο, παρὰ γοῦν τῶν μάγων ἀκούσαντας ἔδει δραμεῖν· ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν διὰ τοῦτο, καθευδόντων ἐκείνων, οὗτοι προ-ρέχουσιν.

ε'. ²⁷ Ἀκολουθήσωμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς τοῖς μάγοις, καὶ τῆς βαρβάρου συνηθείας ἀπαλλαγώμεν, καὶ πολὺ τὸ διάστημα ποιήσωμεν, ἵνα ἴδωμεν τὸν Χριστὸν ἐπεὶ κάκεινοι εἰ μὴ μακρὰν τῆς αὐτῶν γέγονον χώρας, οὐκ ἂν αὐτὸν εἶδον. Ἀποστῶμεν τῶν γηϊνῶν πραγμάτων. Καὶ γὰρ οἱ μάγοι, ἕως μὲν ἦσαν ἐν τῇ Περσίδι, τὸν ἀστέρα ἐώρων· ἐπειδὴ δὲ ἀπέστησαν τῆς Περσίδος, τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐθεάζαντο· μάλλον δὲ οὐδὲ τὸν ἀστέρα ἂν εἶδον, εἰ μὴ προθύμως ἐκείθεν ἀνέστησαν. Ἀναστῶμεν οὖν καὶ ἡμεῖς· κἂν πάντες ταράττωνται, ἡμεῖς ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ παιδίου τρέχουμεν· κἂν βασιλεῖς, κἂν δῆμοι, κἂν τύραννοι τὴν ἔδδον ταύτην ἐκκόπτωσι, μὴ καταλύωμεν τὸν πόθον. Οὕτω γὰρ πάντα τὰ ἐπιχειρήματα διακρουσόμεθα δεινά. Ἐπεὶ καὶ οὗτοι, εἰ μὴ τὸ παιδίον εἶδον, οὐκ ἂν τὸν κίνδυνον ἐξέφυγον τὸν παρὰ τοῦ βασιλέως. Πρὶν ἢ ²⁸ τὸ παιδίον ἰδεῖν, φόβοι καὶ κίνδυνοι καὶ ταραχαὶ πάντοθεν ἐπέκειντο· μετὰ δὲ τὴν προσκύνησιν, γαλήνη καὶ ἀσφάλεια· καὶ οὐκέτι ἀστήρ, ἀλλ' ἄγγελος αὐτοὺς [112] δέχεται, ἱερέας ἀπὸ τῆς προσκυνήσεως γενομένους· καὶ γὰρ καὶ δῶρα προσέφερον. Ἄφεις τοίνυν καὶ σὺ τὸν Ἰουδαϊκὸν λαόν, τὴν ταρτομένην πόλιν, τὴν φονῶντα τύραννον, τὴν βιωτικὴν φαντασίαν, σπεῦσον ἐπὶ τὴν Βηθλεὲμ, ὅπου ὁ οἶκος τοῦ ἁγίου τοῦ πνευματικοῦ. Κἂν γὰρ ποιμὴν ἦς, καὶ ἐνταῦθα ἔλθῃς, ὄφει τὸ παιδίον ἐν καταλύματι. Κἂν βασιλεὺς ἦς, καὶ μὴ παραγένῃ, οὐδὲν σοι τῆς πορφυρίδος ὄφελος· κἂν μάγος ἦς, οὐδὲν σε κωλύσει τοῦτο, μόνον ἂν ἐπὶ τῷ τιμῆσαι ἔλθῃς καὶ προσκυν-

¹⁴ γὰρ] γοῦν F. δὲ A. B. ¹⁵ ἔχθρους] Sic E. F. An. Arm. caeteri cum Bp. Ἰουδαίους. ¹⁶ γεγεννημένην E. γενομένην Edd. γινομένην om. F. (cf. p. 44 C.) ¹⁷ συνώδευεν Edd. ¹⁸ οὐδὲ... οὐτε] μηδὲ... μήτε C. E. μή... μήτε D. μήτε... μήτε F. ¹⁹ ἐπιστήσαντος Edd. ei pr. A. ²⁰ συνήπτετο] συνήπτε τῷ C. συνήπτεται τῷ D. ²¹ προσάγειν Edd. ²² κατ' ἰδίαν] κατὰ διάνοιαν A. B. ²³ Καὶ γὰρ] αὐτὸ καὶ Edd. ²⁴ τὸν ἐκείνων] τῶν ἐκείνων D. E. τὸν ἐκείνων Edd. φθάσει τὸν Ἰουδαϊκὸν ἔθνον F. ²⁵ ἦν om. F. ἦν ἀναγκαῖον Edd. ²⁶ τοῦ Κυρίου om. A. B. τοῦ Θεοῦ F. An. Arm. ²⁷ ΠΟΙΚΟΝ. Ὅτι βλέπονται οἱ τῶν μουσηρίων ἀναξίως μεταλαμβάνοντες· καὶ παρὶ ἐπιθεμοσύνης, καὶ τοῦ φεύγειν τὰ σκάνδαλα A. [Ὁέτρα B.] ²⁸ πρὶν ἢ] πρὶν οὖν A. B. πρὶν ἢ γὰρ F.

νησαι, καὶ μὴ καταπαύσῃσαι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· ἂν μετὰ τρώμου καὶ χαρᾶς τοῦτο ποιῆς· ἔστι γὰρ ταῦτα ἕμου συναλθεῖν ἀμφοτέρω. Ἄλλ' ὄρα μὴ κατὰ τὸν Ἡρώδην γένῃ, καὶ εἰπῆς· Ὅπως ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτόν, καὶ ἐλθὼν ἀνελεῖν βουληθῆς. Τοῦτ' γὰρ εἰκόασιν οἱ τῶν μυστηρίων ἀναξίως μετέχοντες. Ἐροχοῦ γὰρ ὁ τοιοῦτος ἔσται, φησὶ, τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου. Καὶ γὰρ ἔχουσιν ἐν ἐζυτοῖς τὸν τύραννον ἀγχοῦντα τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ, τὸν ἐκείνου τοῦ Ἡρώδου παρανομώτερον, μαμωῶν. Οὗτος γὰρ βούλεται κρατεῖν, καὶ πέμπει τοὺς οἰκείους τοὺς ἑαυτοῦ, προσκυνήσοντας μὴ σχήματι, σφάττοντας δὲ ἐν τῷ προσκυνεῖν. Φοβηθῶμεν τοῖνυν μὴ ποτε σχῆμα μὲν ἰκετῶν καὶ προσκυνητῶν ἔχωμεν, ἐν δὲ τῷ ἔργῳ τὰ ἐναντία ἐπιδειξώμεθα.²⁹ Καὶ πάντα ἀπὸ τῶν χειρῶν βίψωμεν, προσκυνεῖν μέλλοντες. Κἂν χρυσὸν ἔχωμεν, αὐτῷ προσενέγκωμεν, καὶ μὴ κατορύξωμεν. Εἰ γὰρ οἱ βάρβαροι τότε ἐκείνοι εἰς τιμὴν προσήνεγκαν, τίς ἔστη μὴδὲ τῷ χρεῖαν ἔχοντι διδούς; εἰ ἐκείνοι τοσαύτην ἤλθον ὁδὸν, ἵνα τεχθέντα ἴδωσι, ποῖαν ἔξεις ἀπολογίαν σὺ, μὴδὲ³⁰ στενωπὸν ἕνα ἀπίων, ἵνα ἀρῶστωσύντα ἐπισκέψῃ καὶ δεδεμένον; Καίτοιγε κἀνοντας καὶ δεδεμένους, καὶ τοὺς ἐγθροῦς ἐλεοῦμεν· σὺ δὲ οὐδὲ τὸν [113] εὐεργέτην τὸν σὸν καὶ Δεσπότην. Κἀκεῖνοι μὲν χρυσίον προσήνεγκαν· σὺ δὲ ἄρτον μόλις δίδως. Ἐκείνοι εἶδον τὸν ἀστέρα, καὶ ἐχάρησαν· σὺ δὲ αὐτὸν ὄρων τὸν Χριστὸν ζῆνον ὄντα καὶ γυμνὸν οὐκ ἐπικάμπτη. Τίς γὰρ ὑμῶν διὰ τὸν Χριστὸν τοσαύτην ἀποδημίαν ἀπέδημησε τῶν μυρία εὐεργετηθέντων, ὅσην ἐκείνοι οἱ βάρβαροι, μᾶλλον δὲ οἱ φιλοσόφων φιλοσοφώτεροι; Καὶ τί λέγω τοσαύτην ὁδὸν; Πολλὰ γὰρ τῶν γυναικῶν οὕτως ἡμῖν μαλακίζονται, ὡς μὴδὲ ἄμφοδον ἐν ὑπερβῆναι, καὶ ἰδεῖν αὐτὸν ἐπὶ τῆς φάνης τῆς πνευματικῆς³¹, εἰ μὴ ἡμιόνων ἐπιλάβοιτο. Ἐτεροὶ δὲ ἐπειδὴ βαδίζουσιν ἔχουσιν³², οἱ μὲν βιωτικῶν πραγμάτων ἔχλον, οἱ δὲ θέατρα τῆς ἐνταῦθα ἀφίξεως προτιθέασι. Καὶ οἱ μὲν βάρβαροι πρὶν ἰδεῖν αὐτὸν τοσαύτην ἦνυσαν ὁδὸν δι' αὐτόν· σὺ δὲ οὐδὲ μετὰ τὸ ἰδεῖν ἐκείνους ζηλοῖς, ἀλλὰ ἀφείς αὐτὸν μετὰ τὸ ἰδεῖν, τρέχεις ἵνα τὸν μῖμον ἴδῃς (τῶν γὰρ αὐτῶν ἄπτομαι πάλιν ὦν καὶ πρώτῃ)· καὶ κείμενον τὸν Χριστὸν³³ ὄρων ἐπὶ φάνης, καταλιμπάνεις, ἵνα γυναῖκας ἐπὶ σκηνῆς ἴδῃς. Πόσων οὐκ ἄξιτα ταῦτα σκηπτῶν;

ς'. Εἰπὲ γὰρ μοι, εἰ τίς σε εἰς βασιλεία εἰσαγαγείν ἐπηγγέλλετο³⁴, καὶ δείξειν τὸν βασιλέα καθήμενον, ἄρα ἂν εἴλου τὸ θέατρον ἀντὶ τούτων ἰδεῖν; Καίτοιγε οὐδὲν οὐδὲ³⁵ ἐκεῖθεν καρδῶναί τῃ. Ἐνταῦθα δὲ πηγὴ πυρὸς πνευματικῆς³⁶ ἀπὸ ταύτης ἀναβλύζει τῆς τραπεζῆς· καὶ σὺ ταύτην ἀφείς, κατατρέχεις³⁷ εἰς τὸ θέατρον, ἰδεῖν νηχομένας γυναῖκας καὶ φύσιν παραδειγματιζομένην, καταλιπὼν τὸν Χριστὸν παρὰ τῆς ἀληθῆς καθήμενον; Καὶ γὰρ καὶ νῦν παρὰ τὴν πηγὴν κάθηται, [114] οὗ Σαμαρείτιδι διαλεγόμενος. Ἄλλ'

ὀλοκλήρῳ πόλει τάχα δὲ καὶ νῦν Σαμαρείτιδι μόνῃ. Οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ πάρεστιν οὐδὲ νῦν· ἄλλ' οἱ μὲν τοῖς σώμασι μόνοις³⁸, οἱ δὲ οὐδὲ αὐτοῖς. Ἄλλ' ὅμως αὐτὸς οὐκ ἀναχωρεῖ, ἀλλὰ μένει³⁹, καὶ παρ' ἡμῶν αἰτεῖ πιεῖν, οὐχ ὕδωρ, ἀλλ' ἀγιστῶν· τὰ γὰρ ἄγια τοῖς ἁγίοις δίδωσιν. Οὐδὲ γὰρ ὕδωρ ἀπὸ ταύτης ἡμῖν παρέχει τῆς πηγῆς, ἀλλ' αἷμα ζῶν· καὶ μὴν θανάτου ἔστι σύμβολον, ἀλλὰ ζωῆς γέγονεν αἷτιον. Σὺ δὲ ἀφείς τὴν πηγὴν τοῦ αἵματος, τὸ ποτῆριον τὸ φρικώδες, εἰς πηγὴν ἀπέρχῃ διαβολικὴν⁴⁰, ὥστε νηχομένην πόρνην ἰδεῖν, καὶ ναυάγιον ὑπομείναι ψυχῆς. Τὸ γὰρ ὕδωρ ἐκεῖνο πέλαγος ἀσελγείας ἔστιν, οὐ σώματα ποῖον ὑποβρύχια, ἀλλὰ ψυχῶν ναυάγια ἐργαζόμενον. Ἄλλ' ἡ μὲν νήχεται γυμνουμένη τὸ σῶμα, σὺ δὲ ὄρων καταποντίξῃ πρὸς τὸν τῆς ἀσελγείας βυθόν. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ διαδόλου σαγήνη· οὐκ εἰς αὐτὸ κατιόντας τὸ ὕδωρ, ἀλλ' ἄνωθεν καθήμενους τῶν ἐκεῖ καλινδουμένων μᾶλλον ὑποβρυχίους ποιεῖ, καὶ χαλεπώτερον ἀποπνίγει τοῦ Φαραῶ, τοῦ μετὰ τῶν Ἰππῶν καὶ τῶν Ἀρμάτων καταποντισθέντος τότε. Καὶ εἶγε ἦν ψυχὰς ἰδεῖν, πολλὰς ἂν ὑμῖν ἔδειξα ἐπιπλεούσας τοῖς ὕδασι τούτοις, ὡς περ τῶν Αἰγυπτίων τότε τὰ σώματα. Ἄλλὰ τὸ χαλεπώτερον ἐκείνῳ ἔστιν, ὅτι καὶ τέρψιν τὴν τοιαύτην πανωλεθρίαν καλοῦσι, καὶ τὸ πέλαγος τῆς ἀπωλείας ἰδόντες εὐρίπον ὀνομάζουσι. Καίτοιγε εὐκολώτερον ἂν τις τὸ Αἰγαῖον καὶ⁴¹ Τυρρηνικὸν παραδράμοι πέλαγος μετὰ ἀσφαλείας, ἢ τὴν θεωρίαν ταύτην. Πρῶτον μὲν γὰρ δι' ὅλης νυκτὸς προλαμβάνει τῇ προσδοκίᾳ τὰς ψυχὰς ὁ διάβολος· εἶτα δεῖξας τὸ προσδοκῆθῆν, ἔδησεν εὐθέως καὶ αἰχμηλῶτος ἐποίησε. Μὴ γὰρ ἐπειδὴ μὴ ἐμίγης τῇ πόρῃ, καθαρὸς εἶναι νομίσης τῆς ἁμαρτίας· τῇ γὰρ προθυμίᾳ τὸ πᾶν ἀπήρτισας. Εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ ἐπιθυμίας κατέχη, μείζονα τὴν [115] φλόγα ἀντῆσας· εἰ δὲ οὐδὲν πάσχεις πρὸς τὰ ὀρώμενα, μείζονος κατηγερίας εἰ ἄξιος, ἐτέροις σκάνδαλον γινόμενος τῇ⁴² τῶν θεαμάτων τούτων προτροπῇ, καὶ τὴν σεαυτοῦ κατασχύνων ἔψιν, καὶ μετὰ τῆς ὕψεως τὴν ψυχῆν. Ἄλλὰ γὰρ ἵνα μὴ μόνον ἐπιτιμώμενος, φέρῃ καὶ τρόπον ἐπινοήσωμεν διορθώσεως. Τίς οὖν ὁ τρόπος ἔσται; Ταῖς γυναῖξιν ὑμᾶς παραδοῦναι βούλομαι ταῖς ὑμετέραις, ἵνα αὐταὶ⁴³ ὑμᾶς παιδεύσωσιν. Ἔδει γὰρ, κατὰ τὸν τοῦ Παύλου νόμον⁴⁴, ὑμᾶς εἶναι τοὺς διδασκάλους· ἐπειδὴ δὲ ἡ τάξις ἀντεστράφη διὰ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἄνω μὲν τὸ σῶμα, κάτω δὲ ἡ κεφαλὴ γέγονε, κἂν ταύτην ἐλώμεθα τὴν ὁδὸν. Εἰ δὲ αἰσχύνῃ διδάσκαλον ἔχων γυναῖκα, φύγε⁴⁵ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ δυνήσῃ ταχέως ἐπὶ τὸν θρόνον ἀναβῆναι τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ σοι δοθέντα. Ὡς ἔως ἂν πλημμελῆς, οὐχὶ πρὸς γυναῖκα⁴⁶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλογία σε εὐτελέστερα πέμπει ἡ Γραφή· καὶ οὐκ αἰσχύνεται τὸν λόγῳ⁴⁷ τετιμημένον τῷ μύρμηκι πέμποντα μαθητῆν. Οὐ γὰρ τῆς Γραφῆς τοῦτο κατηγορία, ἀλλὰ τῶν οὕτω τῆν ἑαυτῶν εὐγένειαν προδιδόντων⁴⁸. Τοῦτο δὲ καὶ ἡμεῖς

²⁹ ἐπιδεικνύμεθα A. B. C. ἐπιδεικνύμενοι F. ³⁰ μὴδὲ Sic B. ceteri μήτε. ³¹ τῆς φάνης τῆς πν. Sic An. Arm. τῆς πν. τραπέζης C. ³² ἔχουσιν] οὐκ ἔχουσιν F. ³³ τὸν Χριστὸν om. F. μοχ ἐπὶ τῆς φάνης Edd. ³⁴ ἐπηγγέλλετο A. ³⁵ οὐδὲ] οὕτε D. E. ἐκεῖθεν] ἐκεῖ Eidd. ³⁶ πνευματικῆς A. B. C. πνευματικῆς E. ³⁷ ἀποτρέχεις A. B. C. ³⁸ μόνοις Eidd. ³⁹ μένει] ἀναμένει F. ⁴⁰ τὴν πηγὴν. . . τὴν διαβ. Edd. ⁴¹ καὶ καὶ τὸ F. Sav. ⁴² τῇ Vulgo καὶ τῇ, et sic An. sed καὶ om. B. et corr. C. Alia lectio est καὶ τῶν θ. τ. προτροπῇ F. quocum facere videtur Arm. ⁴³ αὐταὶ et mox ἔδει μὲν κατὰ Eidd. ⁴⁴ νόμον] λόγον F. ⁴⁵ φεύγε hic et paulo infra Edd. ⁴⁶ γυναῖκας D. E. τὴν γυναῖκα F. mox εὐτελέστατα Eidd. ⁴⁷ λόγῳ Sic B. F. vulgo τῷ λόγῳ. ⁴⁸ προδιδόντων F. An.

et vinctos, imo et inimicos miseramur; tu vero ne beneficium quidem et Dominum tuum? Illi aurum obtulerunt; tu panem vix dederis? Illi stellam viderunt, et gavisi sunt; tu vero Christum videns hospitem et nudum, non flecleris? Quis enim vestrum ex his qui mille beneficia acceperunt, tantam pro Christo suscepit peregrinationem, quantum illi barbari, imo illi philosophis sapientiores? Et quid dico tantam viam? Multæ apud nos mulieres ita molles sunt, ut ne vicum unum transmeare velint, ut in spiritali præsepio ipsum videant, nisi mauls vebantur. Alii quibus inest ambulandi facultas, vel sæcularium negotiorum turbam, vel theatrorum frequentationem hæc cæci anteponunt. Et barbari quidem illi antequam illum viderent, tantam itineris emensi sunt, tu vero nec postquam vidisti imitaris illos; sed postquam vidisti, illo dimisso, ad minimum videndum accurris (iisdem enim insistam quibus nuper): Christum in præsepio jacentem relinquis, ut mulieres in scena videas. Quibus hæc fulminibus digna non fuerint?

6. Si quis, quæso, polliceretur, te in regiam introducere, Imperatoremque sedentem tibi ostendere, an huiusmodi spectaculo theatrum anteferres, etiamsi nihil hinc lucri referte posses? Hic vero fons ignis spiritualis ex hac mensa scaturit: tu vero hæc relicta ad theatrum accorris natantes mulieres spectaturus, ac sexum illum dehonestatum, Christumque relinquis fonti assidentem? Etenim nunc quoque juxta fontem sedes, non Samaritanam alloquens, sed totam civitatem: fortasse vero nunc quoque Samaritanam solam alloquitur. Nemo enim ipsi nunc adest, nisi quidam corpore tantum, alii autem ne corpore quidem. Attamen ipse non recedit; sed manet potum a nobis postulans, non aquam, sed sanctitatem: sancta quippe sanctis tribuit. Neque enim aquam ex hoc fonte præbet, sed sanguinem viventem, qui symbolum est mortis, sed vitæ causa est. Tu autem relicto fonte sanguinis, poculo illo tremendo, ad fontem pergis diabolicum, ut natantem meretricem conspicias, et naufragium animæ patiaris. Aqua enim illa pelagus est libidinis, non corpora submergens, sed animarum naufragia pariens. Sed illa natat nuda, tu vero videns demergeris in profundum libidinis. Talis quippe est diaboli sagena: non eos qui in aquam descendunt, sed illos potius qui sursum sedent, quam eos qui in aqua volutantur, submergere solet, sæviusque suffocat eos, quam Pharaonem, qui cum equis et curribus tunc demersus est. Et si quidem animas videre possemus, plurimas vobis ostenderem his aquis supernatantes, sicut tunc Ægyptiorum corpora. Sed quod gravius est, talem perniciem voluptatem appellat, et perditionis pelagus delectationis euripum vocant. Atqui facilius est Ægæum et Tyrrhenicum mare, quam huiusmodi spectaculum tuto trajicere. Nam primo per totam noctem diabolus rei expectatione animos præoccupat: deinde postquam id quod expectabatur

ostendit, statim alligat et captivos efficit. Ne enim quia cum meretrice non coivisti, te putes a peccato immunem esse: ex concupiscentia quippe totum perfectisti. Nam si concupiscentia detineris, majorem flammam accendisti; sin autem hæc aspiciendo nihil moveris, majori culpæ obnoxius es, quod cæteris offendiculo sis; et quod spectaculis illectus, et oculos tuos et cum oculis ipsam animam deturpes. Verum ne simus increpatione sola contenti, age jam emendationis modum perquiramus. Quis ergo modus erit? Uxoribus vestris vos tradere volo, ut ipsæ vos erudiant. Oportebat quidem, secundum Pauli legem, vos doctores esse: quia vero per peccatum inversus ordo fuit, et corpus superius, caput vero inferius positum est, hæc saltem viam deligamus. Quod si magisterium mulieris erabescis, fuge peccatum, et cito poteris in solium a Deo tibi datum ascendere. Quamdiu certo peccaveris, non ad mulieres tantum, sed etiam ad brutorum animalium vilissima te mittit Scriptura: neque erabescit ratione præditum ad formicam discipulum mittere. Neque enim id Scripturæ culpa est, sed eorum qui sic nobilitatem prodidit suam. Hoc certe nos quoque faciemus: ac nunc quidem te mulieri trademus: si autem hæc despexeris, ad irrationalium te magisterium mitemus, et ostendemus quot aves, quot pisces, quot quadrupedes, quot reptilia animalia te honestiora et temperantiora videntur. Quod si de comparatione erubescas, ascende ad pristinam nobilitatem, ac gehennæ pelagus fluviumque igneum fuge, illam dico piscinam theatralam. Hæc enim piscina pelagus illud tibi conciliat, et illam flammæ abyssum succendit.

Audi cum illo beatus Paulum multas ipsis leges statuentem, et de vestibus, et de aureis ornatibus, et de calamistratis capillis, et de lascivia, et de aliis similibus hunc sexum vehementer corripientem (*1. Tim.* 2. 9). Christus etiam in sequentibus ænigmatice hoc ipsum declarat; cum enim dicit, Erue, excinde id quod te scandalizat, iram adversus illas concitatam exhibet. Ideo subjunxit: 29. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et projice abs te.* Ne enim diceret, Quid ergo, si cognata mea sit? quid, si aliqua mihi necessitudine juncta? ideo hæc præcipit, non de membris loquens, absit: nusquam enim dixit crimina ad carnem pertinere; sed accusatio pravam semper voluntatem spectat. Neque enim oculus tuus est, qui videt, sed mens et cogitatio. Sæpe namque nobis alio conversis, eos qui præsentibus sunt non videt oculus: itaque totum non est illius actui adscribendum. Si enim de membris loqueretur, non de uno diceret oculo, neque dextrum solum posuisset, sed ambos. Nam qui a dextro scandalizatur, id ipsum haud dubie patietur a sinistro. Cur ergo dextrum oculum posuit, et manum adjecit? Ut discas non de membris sermone esse, sed de iis qui nobis amicitia junguntur. Si quempiam ita amas, inquit, ut eum dexteri oculi loco ponas, aut ita tibi utilem putas, ut pro manu illum habeas, si lædit animam tuam, et hunc absconde. Et vim dicti perpende. Non enim dixit, Abscede; sed maximam separationem indicans, *Erue, inquit, et projice abs te.* Deinde quia severe præceperat, utrinque lucrum esse docet, et ex bonis et ex malis, in eadem metaphora insistens: *Expedit enim tibi, inquit, ut pereat unum membrorum tuorum, et non totum corpus tuum mittatur in gehennam.* Cum enim neque seipsum servet, et te secum perdat, quæ humanitas esset ambo perdere, cum liceat iis separatis unum servare? Cur enim Paulus optabat anathema esse (*Rom.* 9. 3)? Non ita ut nihil inde lucri accederet¹, sed ut alios servaret. Illic autem utriusque damnum est: quapropter non dixit tantum, *Erue*; sed etiam, *projice abs te*, ita ut numquam repetas, si talis manserit. Sic enim et illum majori crimine liberabis, et te ipsum a perniciæ eripies. Ut autem clarius legis utilitatem perspicias, si placet, in corpore exempli causa id quod dictum est exploremus. Si enim optio daretur, ac necesse esset aut oculum habentem conjici in fossam et perire, aut illo eruto, reliquum corpus servari: annon postremum mallet? Id nemini non manifestum est. Illud enim non esset oculum odisse, sed reliquum corpus amare. Hoc porro et de viris cogita et de mulieribus. Nam si is, qui te lædit amando, incurabilis manet, et si abscissus sit, te ab omni perniciæ liberabit: sic et ipse a majoribus eripietur criminibus, neque ultra cum peccatorum suorum ratione, rationem etiam perniciæ daturus. Vide quanta mansuetudine plena lex est, quanta providentia? et quæ a multis nimis

eo quod elevatas sunt filie Sion, et ambulaverunt extenso collo, et nutibus oculorum ibant, et in incessu pedum trahebant tunicas, et lasciviebant pedibus suis.

¹ Quidam, non ita ut neminem lucri faceret, etc.

severitas esse videtur, quantam exhibet benignitatem? Hæc audiant ii qui ad theatra properant, et sese quotidie mœchos præstant. Nam si consuetudine junctum, sed damnosum, lex jubet, abscindere, quam purgationem habeant qui nondum sibi notos, ibi commorando, quotidie pertrahunt, et sexcentas sibi comparant excidii ansas? Non modo enim impudice respicere non concedit; sed quia hujusce rei damnum monstravit, legem ulterius extendit, abscindere jubens, longeque projicere: et hæc ille lege statuit, qui de caritate sexcenties loquutus est, ut utrinque ejus providentiam ediscas, et quomodo undique utilitatem tuam requirat. 31. *Dictum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii (Deut. 24. 1).* 32. *Ego autem dico vobis: Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœcham: et qui dimissam duxerit, mœchatur.*

4. *Repudium adulterii species. Cur libellum repudii lex vetus permisit.* -- Non prius ad ulteriora progreditur, nisi priora probe expurgaverit. Ecce enim aliam nobis rursus ostendit adulterii speciem. Quænam est illa? Lex erat vetus, eum, qui quacumque ex causa uxorem suam odisset, illam repudiare, et aliam ducere non prohiberi. Neque illud tamen simpliciter facere lex jubebat, sed post datum uxori libellum repudii, ita ut non posset iterum ad illum revertere, ut saltem matrimonii figura maneret. Nisi enim hoc præcepisset, et si licuisset illam repudiare et aliam accipere, deindeque priorem reducere, magna futura confusio erat, omnibus alienas uxores alternis vicibus frequenter accipientibus, adulteriumque manifestum id prorsus fuisset. Quapropter non parvam consolationem excogitavit, libellum nampe repudii. Hoc porro factum est ad aliam multo majorem vitandam nequitiam. Si enim exosam præcepisset retineri, is qui oderat occidisset: talis quippe erat Judæorum natio¹. Nam qui ne filiis quidem parcabant, prophetas interfecabant, sanguinemque ut aquam fundebant, multo minus uxoribus pepercissent. Ideo quod minus erat permisit, ut quod majus erat excinderet. Quod enim hæc lex non e præcipuis esset, audi quid Servator dicat: *Moses ad duritiam cordis vestri hæc scripsit (Matth. 19. 8)*, ne intus mactaretis, sed ejiceretis. Quia vero ille iram omnem suscipit, non cædem modo vetans, sed iram etiam excludens: facile hanc inducit legem. Ideoque priorum sæpè verborum meminit, ut ostendat, se non contraria illis, sed consona dicere: illa extendens, non evertens; emendans, non solvens. Perpende autem illum sæpè ad virum sermonem referre. *Qui dimittit, inquit, uxorem suam, facit eam mœcham; et qui dimissam ducit, mœchatur.* Ille enim, et si alteram non duxerit, hoc ipso se criminis reum constituit, quod eam adulteram faciat: hic vero, quod alienam ducat, mœchus et ipse fit. Ne mihi enim dicas, Ille ejecit: nam ejecta adhuc manet ejicientis uxor. Deinde ne totum conjiciens in ejicientem, arrogantior faceret uxorem, ipsam accipere volenti januam claudit dicens,

¹ *Alii, tales quippe erant Judæorum mores.*

*Qui dimissam duxerit, mœchatur, uxorem vel invitam pudicam reddens, et ad alium virum aditum ipsi clandestens, nec permittens simultatis ansam præbere. Illa namque cum didicerit, prorsus necessarium esse, aut virum qui sibi ab initio sorte contigerat habere; aut si e domo illa egrediatur, nullum sibi aliud superesse refugium, vel invita cogetur conjugem amare suum. Si vero nihil ipsi hæc de re loquatur, ne mireris: infirmior enim mulier est. Quapropter illa dimissa, viros minis terrendo mulierem quoque emendat. Ut si quis filium habens lascivum, illo dimisso, illis interminetur, qui talem ipsum effecerunt, vetetque ne illum ultra adeant, vel conveniant. Quod si hoc onerosum videatur, in mentem revoca illa quæ supra dicta sunt, cum beatos prædicaret audientes; remque et possibilem et facilem invenies. Mitis enim, pacificus, pauper spiritu, et misericors, quomodo uxorem repudiabit? et qui alios reconciliat, quo pacto dissidabit cum conjugem sua? Non hoc vero tantum, sed alio quoque modo legem fecit levem. Nam relinquit ei unum repudii modum, dicens, *Excepta causa fornicationis*; siquidem in eadem perstat decori ratione. Si enim jussisset cum pluribus mixtam retinere, rursus in adulterium res converterebatur. Viden' quomodo hæc cum prioribus consonent? Qui enim uxorem alienam impudicis oculis non respicit, non fornicabitur; si non fornicetur, viro repudianda uxoris suæ ansam non præbabit. Ideo libere constringit, et timorem firmat, magnum viro periculum, si ejiciat, intentans: nam fornicationis illius sese ream constituit. Etenim ne cum audis, Erue oculum, putes id etiam de uxore dici, opportune hanc cautionem induxit: uno tantum modo, nec alio quovis permittens illam repudiare. 33. *Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non pejerabis: reddes autem Domino juramenta tua. 34. Ego autem dico vobis, non jurare omnino.* Cur non statim venit ad furtum, sed ad falsum testimonium, illudque mandatum præterivit? Quoniam qui furatur, aliquando jurat; qui vero neque jurare neque mentiri novit, multo magis a furto abstinere. Itaque per hoc etiam illud peccatum evertit: nam mendacium ex furto oritur. Quid autem est, *Reddes Domino juramenta tua?* Id est, Jurans verum dices. *Ego autem dico vobis, non jurare omnino.**

5-6. Deinde ut magis magisque avertat eos, ne per Deum jurent, ait, *Neque per cælum, quia thronus Dei est: 35. neque per terram, quia scabellum est pedum ejus; neque per Jerusalem, quia civitas est magni regis.* Ex prophetis adhuc loquitur, et ostendit se non alicuius adversari; nam in more illis erat per hæc jurare, et in fine hujus Evangelii hunc fuisse morem ostendit. Tu vero mihi considera unde extollat elementa. Non ex propria natura; sed ex Dei erga elementa affectu demisse et secundum captum nostrum expresso. Quia enim multa erat idololatriæ tyrannis, ne viderentur elementa ex se honoranda esse, hanc quam diximus causam posuit, rursusque ad Dei gloriam transivit. Neque enim dixit, Quia pulchrum magnumque cælum est, neque, Quia utilis terra; sed, Quia Dei

θετεῖ, ἵνα ἐκατέρωθεν αὐτοῦ μάθῃς τὴν πρόνοιαν, καὶ πῶς πανταχόθεν τό σοι συμφέρον ζητεῖ. Ἐρβέθη δέ· Ὅς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι Ὅς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτός λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι· καὶ ὅς ἂν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται.

8. Οὐ πρότερον ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν πρᾶξις, ἕως τὰ πρότερα ἐκκαθάρη καλῶς. Ἰδοὺ γάρ καὶ ἕτερον δείκνυσιν ἡμῖν ὁ μοιχείας εἶδος. Τί δὲ τοῦτό ἐστι; Νόμος ἦν καίμενος παλαιός, τὸν μισοῦντα τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ ἐξ οἰασθίποτες αἰτίας, μὴ κωλύεσθαι ἐκβάλλειν, καὶ ἕτεραν ἀντ' ἐκείνης εἰσάγειν. Οὐ μὴν τοῦτο ἀπλῶς ποιεῖν ὁ νόμος [227] ἐκέλευσεν, ἀλλὰ δόντα βιβλίον ἀποστασίου τῇ γυναίκι, ὥστε μὴ εἶναι κυρίαν πάλιν ἐπ' αὐτὸν ἐπανελθεῖν, ἵνα κἂν τὸ σχῆμα μνήμης τοῦ γάμου. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐπέταξεν, ἀλλ' ἐξῆν ἐκβάλλειν τε αὐτὴν καὶ ἕτεραν λαμβάνειν, εἴτα τὴν προτέραν ἐπανάγειν ὁ, πολλὴ ἡ σύγχυσις ἐμελλεν εἶναι, συνεχῶς τὰς ἀλλήλων λαμβανόντων ἀπάντων, καὶ μοιχεία τὸ πρᾶγμα λοιπὸν ἦν σαφές. Διόπερ οὐ μικρὰν ἐπένοησε παραμυθίαν τὸ βιβλίον τοῦ ἁποστασίου. Ἐγένετο δὲ ταῦτα δι' ἕτεραν πολλῶν μεζίζονα κελίαν. Εἰ γὰρ ἠγάγαγε καὶ μισομένην κατέχειν ἔνδον, ἔσφαξεν ἂν ὁ μισῶν τοιοῦτον γὰρ τῶν Ἰουδαίων τὸ ἔθνος. Οἱ γὰρ παίδων μὴ φειδόμενοι, καὶ προφῆτας ἀναιροῦντες, καὶ ὡς ὕδωρ αἷμα ἐκχέοντες, πολλῶν μᾶλλον γυναικῶν οὐκ ἂν ἐφείσαντο. Διὰ τοῦτο τὸ ἔλαττον συνεχώρησε, τὸ μεῖζον ἐκκόπτων. Ἐπεὶ δὲ οὐ προηγοῦμενος ἵ οὗτος ὁ νόμος ἦν, ἀκουσον αὐτοῦ λέγοντες· Μωϋσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ἡμῶν ταῦτα ἔγραψεν, ἵνα μὴ ἔνδον σφάττητε, ἀλλ' ἐξῶ ἐκβάλλητε. Ἐπειδὴ δὲ αὐτὸς τὴν ὀργὴν πᾶσαν ἐπέβλη, οὐχὶ τὸν φόνον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπλῶς θυμῶσθαι κωλύσας, μετ' εὐκολίας καὶ τούτου εἰσάγει τὸν νόμον. Διὰ τοῦτο καὶ τῶν προτέρων αἰετὴν ῥημάτων ἀναμνησθεῖς, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἐναντία ἐκείνῳ, ἀλλὰ συμβαίνοντα λέγει· ἐπιτείνων αὐτὰ, οὐκ ἀνατρέπων· καὶ διορθοῦμενος, οὐ λύειν. Ὅρα δὲ αὐτὸν πανταχοῦ τῷ ἀνδρὶ διυλεγόμενον. Ὁ γὰρ ἀπολύω, φησὶ, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι· καὶ ὁ γαμῶν ἀπολελυμένην, μοιχᾶται. Ὁ μὲν γὰρ, κἂν ἕτεραν μὴ λάβῃ, τούτῳ αὐτῷ κατέστησεν ἑαυτὸν ἐγκλήματος ἵ ὑπεύθυνον, μοιχᾶται ποιήσας ἐκείνην· ὁ δὲ, τῷ τὴν ἄλλοτριαν λαβεῖν, μοιχῶς γέγονε πάλιν. Μὴ γὰρ μοι τοῦτο εἶπε, ὅτι ἐξέβαλεν ἐκείνος· καὶ γὰρ ἐκδηληθεῖσα μένει τοῦ ἐκβάλλοντος ἵ οὕσα γυνή. Εἴτα, ἵνα μὴ τὸ ἄνδρ' ἐπὶ τὸν ἐκβάλλοντα ρίψας, αὐθαδεστέραν ἐργάσῃται τὴν γυναῖκα, καὶ τὰς τοῦ δεχομένου μετὰ ταῦτα ἀπέκλεισεν αὐτῇ θύρας, τῷ μὲν εἰπεῖν, Ὅς ἂν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται, τὴν γυναῖκα καὶ ἀκουσάν σωφρονίζων, καὶ τὴν πρὸς πάντας ἵ ἀπειλιζὼν εἰσοδὸν αὐτῇ, καὶ οὐκ ἐπιτρέπων ἀφορμὰς παρέχειν μικροφυλίας. Ἡ γὰρ μαθοῦσα ὅτι πᾶσα ἀνάγκη, ἡ τὸν ἐξ ἀρχῆς κληρωθέντα ἔχειν, ἡ τῆς οἰκίας ἐκπεσοῦσαν ἐκείνης, μηδεμίαν ἕτεραν ἔχειν καταφυγὴν, καὶ ἀκουσα ἠγαγκάζετο στέργειν ἵ ἦν σύνικον. Εἰ δὲ μὴδὲν αὐτῇ περὶ τούτων διαλέγεται, μὴ θαυμάσῃς· ἀσθενέστερον γὰρ ἡ γυνή. Διὰ τοῦτο αὐτὴν ἀφείλε, ἐν τῇ κατὰ τῶν ἀνδρῶν ἀπειλῇ

τὴν αὐτῆς διορθοῦται ῥαθυμίαν. Ὅσπερ ἂν εἰ τις παῖδα ἄσωτον ἔχων, ἐκείνον ἀφείλε, τοῖς ποιούσιν αὐτὸν τοιοῦτον ἐπιπλήττοι, κάκεινους ἀπαγορεύει μὴ συγγίνεσθαι, μὴδὲ πλησιάζειν αὐτῷ. Εἰ δὲ φορτικὸν τοῦτο, ἀναμνήσθητι μοι τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων, ἐφ' οἷς ἐμακάρισε τοὺς ἀκούοντας, [228] καὶ ὄφει πολὺ δυνατὸν καὶ εὐκολον εἶναι. Ὁ γὰρ πρῶτος, καὶ εἰρηνοποιός, καὶ πτωχὸς τῷ πνεύματι, καὶ ἐλεήμων, πῶς ἐκβαλεῖ τὴν γυναῖκα; ὁ ἑτέρος καταλλάττων, πῶς αὐτὸς διαστασιάσει πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἵ; Οὐ ταύτη δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερον τρόπον κοῦφον ἐποίησε τὸν νόμον. Καὶ γὰρ καὶ τούτῳ καταλιμπάνει τὸν τρόπον ἕνα ἀφέσεως, εἰπὼν, Παρεκτός λόγου πορνείας· ἐπεὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ περιήστο. Εἰ γὰρ ἐκέλευσε καὶ πολλοὺς συγγινόμενῃ κατέχειν ἔνδον, πάλιν εἰς μοιχείαν τὸ πρᾶγμα κατέστρεψεν ἵ. Ὅφεις πῶς συμβαίνοντα ἵ ταῦτα τοῖς ἔμπροσθεν; Ὁ γὰρ μὴ βλέπων ἕτεραν γυναῖκα ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς, οὐ πορνεύσει· μὴ πορνεύων δὲ, οὐ παρέξει τῷ ἀνδρὶ ἵ ἀφορμὴν ἐκβαλεῖν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα. Διὰ δὲ τοῦτο λοιπὸν ἵ μετὰ ἀδείας ἐπισφίγγει, καὶ τὸν φόβον ἐπιτεχνίζει, μέγα ἐπισπῶν τῷ ἀνδρὶ τὸν κίνδυνον, εἴ τις ἐκβάλῃ· τῆς γὰρ μοιχείας τῆς ἐκείνης ὑπεύθυνος ἑαυτὸν ἵ ποιεῖ. Ἴνα γὰρ μὴ ἀκούσας, Ἐξέλε τὸν ὀφθαλμὸν, νομίση καὶ περὶ γυναικὸς ταῦτα λέγεσθαι, εὐκαίρως ἐπήγαγε τὴν ἐπιδιόρθωσιν ταύτην, ἐνὶ τρόπῳ μόνῳ συγχωρῶν ἐκβάλλειν αὐτὴν, ἕτερω δὲ οὐδενί. Πάλιν ἠκούσατε, ἔτι ἔρβέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐκ ἐπιπορήσεις· ἀποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὄρκους σου. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὄλωκ. Τίνος ἔνεκεν οὐκ εὐθέως ἤλαθεν ἐπὶ τὴν κλοπὴν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ψευδομαρτυρίαν, ὑπερβάς ἐκείνην τὴν ἐντολήν; Ὅτι ὁ μὲν κλέπτων, ἔστιν ὅτε καὶ ὀμνύει ἵ· ὁ δὲ μὴτε ὀμνύει, μὴτε ψευδεσθαι εἰδώς, πολλῶν μᾶλλον οὐχ αἰρήσεται κλέπτειν. Ὅσατε διὰ ταύτης κάκεινην ἀνέστρεψε τὴν ἀμαρτίαν· τὸ γὰρ ψεῦδος ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. Τί δὲ ἔστιν, Ἀποδώσεις τῷ Κυρίῳ τοὺς ὄρκους σου; Τουτέστιν, Ἀληθεύσεις ὀμνύς. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὄλωκ.

ε'. Εἴτα περαιτέρω αὐτοὺς ἀπάγων τοῦ κατὰ Θεοῦ ὀμνύειν, φησὶ· Μήτε κατὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· μήτε ἐν τῇ γῆ, ὅτι ὀροπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ· μήτε κατὰ Ἰερουσαλὴμ, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως· ἀπὸ τῶν προφητικῶν ἔτι φθεγγόμενος, καὶ δεικνύς ἑαυτὸν οὐκ ἐναντιούμενον τοῖς παλαιοῖς· καὶ γὰρ ἔθος εἶχον κατὰ τούτων ὀμνύειν· καὶ δεικνύσι πρὸς τῷ τέλει τοῦ Εὐαγγελίου τοῦτο τὸ ἔθος. Σὺ δὲ μοι θέα πῶθεν ἐπαίρει τὰ στοιχεῖα· οὐκ ἀπὸ τῆς οἰκίας φύσεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὰ σχέσεως τῆς κατὰ συγκατάβασιν εἰρημένης. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴ ἡ τῆς εἰδωλολατρίας τυραννίς ἦν, ἵνα μὴ δόξῃ τὰ στοιχεῖα δι' ἑαυτὰ εἶναι τίμινα, ταύτην τέθεικε τὴν αἰτίαν ἣν εἰρήκαμεν, ἡ ἵ πάλιν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν διεβάνεν. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν· Ἐπειδὴ καλὸς καὶ μέγας ὁ οὐρανός· οὐδὲ, Ἐπειδὴ χρησίμη ἡ γῆ· ἀλλ', Ἐπειδὴ τοῦ Θεοῦ ὁ μὲν ἐστὶ θρόνος, ἡ δὲ, ὑποπόδιον, πανταχόθεν αὐτοὺς ἐπὶ τὸν Δεσπότην συνυθῶν. Μήτε κατὰ τῆς κεφαλῆς σου, φησὶν, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ποιῆσαι, ἢ μέλαιναν. Πάλιν [229] ἐνταῦθα οὐ θαυμάζων τὸν ἄνθρωπον, ἀπήγαγε ἵ τοῦ

¹⁰ ἡμῖν] add. πάλιν E. ⁹ ἐπαναγαγεῖν Ep. Edit. ¹⁰ τοῦ] τὸ F. ¹¹ προηγοῦμενος A. B. C. E. ¹² ἐγκλήματι E. τῷ ἐγκλήματι B. ¹³ ἐκβαλόντος B. D. F. et p. p. ἐκβαλόντα B. ¹⁴ πρὸς πάντας] Sic Ep. et Verss. πρὸς ἕτερον ἄνδρα A. C. πρὸς ἕτερον ἄνδρα πᾶσαν E. ¹⁵ στέγειν A. B. C. E. ἔχειν F. ¹⁶ ὅ] καὶ ὁ Edit. ¹⁷ τὴν ἑαυτοῦ] ἑαυτὸν B. F. et corr. D. ἑαυτοῦ pr. D. ¹⁸ κατέστρεψεν D. E. F. ¹⁹ συμβαίνουσι A. F. ²⁰ τῷ ἀνδρὶ om. E. In ceteris ἀφορμὴν deest. ²¹ λοιπὸν post ἀδείας collocat D. omittunt Mor. Ben. ²² ἀπὸ τῶν F. ἰσχυρὸν Ge. ²³ ὀμνύει B. F. ²⁴ ἡ] F. Mor. καὶ Sav. Ben. ²⁵ ἀπήγαγε τοῦ κατὰ] Sic C. D. E. per caput suum ut caritil Ge. ἐπήγαγε τοῦ κατὰ A. Vulgo legitur ἐπήγαγε τὸ μηδὲ (μὴ B. F.) κατὰ, sive ut Arm.

κατὰ τῆς κεφαλῆς ὁμνύουσι· καὶ γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς προσεκυνηθῆ· ἀλλὰ τὴν δόξαν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀνάγων, καὶ θεικὴν ὄντι οὐδὲ σαυτοῦ εἶ κύριος, οὐκοῦν οὐδὲ τῶν κατὰ τῆς κεφαλῆς ὄρκων. Εἰ γὰρ τὸ παιδίον οὐκ ἂν τις δοίη τὸ ἑαυτοῦ ἑτέρῳ, πολλῶν μᾶλλον ὁ Θεὸς τὸ ἔργον τὸ ἑαυτοῦ οὐ προήσεται σοι. Εἰ γὰρ καὶ σὴ ἡ κεφαλὴ, ἀλλ' ἑτέρου τὸ κτῆμα· καὶ τοσοῦτον ἀφέστηκας τοῦ κύριος εἶναι, ὅτι οὐδὲ τὸ πάντων ἔσχατον ἐργάσασθαι ἐν αὐτῇ δυνήσῃ. Οὐ γὰρ εἶπεν, Οὐ δύνασαι ἐξενεγκεῖν τρίγα· ἀλλ', Οὐδὲ ἀλλάξαι αὐτῆς τὴν ποιότητα. Τί οὖν, ἂν ἀπαιτῆ τις ὄρκον, φησὶ, καὶ ἀνάγκη ἐπάγει; Ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος τῆς ἀνάγκης ἔστι δυνατώτερος. Ἐπεὶ εἰ μέλλοις τοιαύτας προβάλλεσαι προφάσεις, οὐδὲν φιλῶν τῶν ἐπιταχθέντων. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς γυναικὸς ἔρεϊς· Τί οὖν, ἐὰν μάχιμος ἢ καὶ δαπανηρὰ; Καὶ ἐπὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ δεξιοῦ· Τί οὖν, ἐὰν φιλῶ ²⁶ αὐτὸν, καὶ διακαίωμαι; Καὶ ἐπὶ τῆς ὄψεως τῆς ἀκολάστου· Τί οὖν, ἐὰν μὴ ὄρνυμαι μὴ ὄρᾶν ²⁷; Καὶ ἐπὶ τῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὀργῆς· Τί οὖν, ἐὰν προπετὴς ὦ, καὶ μὴ δύναμαι γλύπτειν κρατεῖν; καὶ πάντα ἀπλῶς οὕτω καταπατήσεις τὰ εἰρημένα. Καίτοιγε ἐπὶ τῶν νόμων τῶν ἀνθρωπίνων οὐδαμοῦ τοῦτο τολμᾷ προβαλέσθαι ²⁸, οὐδὲ εἰπεῖν· Τί οὖν, ἐὰν τὸ καὶ τό; ἀλλὰ καὶ ἐκὼν καὶ ἄκων καταδέχη τὰ γεγραμμένα. Ἄλλως δὲ, οὐδὲ ἀνάγκη ὑποστήσῃ ποτέ. Ὁ γὰρ τῶν ἔμπροσθεν μακαριστῶν ἀκούσας, καὶ τοιοῦτον ἑαυτὸν παρασκευάσας, οἷον ἐπέταξεν ὁ Χριστὸς, οὐδεμίαν παρ' οὐδενὸς ὑποστήσεται τοιαύτην ἀνάγκη, αἰδέσιμος ὢν παρὰ πᾶσι καὶ σεμνός. Ἔστω δὲ ὑμῖν ²⁹ τὸ καὶ, καὶ, καὶ τὸ οὐ, οὐ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστί. Τί οὖν ἐστὶ τὸ περισσὸν τοῦ καὶ καὶ τοῦ οὐ; Ὁ ὄρκος, οὐ τὸ ἐπιρκεῖν. Ἐκεῖνο γὰρ καὶ ὠμολογημένον ἐστὶ, καὶ οὐδεὶς δεῖται μαθεῖν, ὅτι ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστί, καὶ οὐ περιττὸν, ἀλλ' ἐναντίον· τὸ δὲ περιττὸν, τὸ πλέον καὶ ἐκ περιουσίας προσκείμενον, ὅπερ ἐστὶν ὁ ὄρκος. Τί οὖν, φησὶν, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν ³⁰; καὶ εἰ ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν, πῶς νόμος ἦν; Τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ περὶ τῆς γυναικὸς ἔρεϊς· πῶς μοιχεία νῦν νενόμισται τὸ πρότερον ἐπιτετραμμένον; Τί οὖν πρὸς ταῦτα ἐστὶν εἰπεῖν; Ὅτι τῆς ἀσθενείας τῶν δεχομένων τοὺς νόμους ἦν τὰ λεγόμενα τότε· ἐπεὶ καὶ τὸ κνίσση θεραπεύεσθαι σφόδρα ἀνάξιον Θεοῦ, ὥσπερ καὶ τὸ φελλίξειν ἀνάξιον φιλοσόφου. Μοιχεία τοίνυν ἐνομήσθη νῦν τὸ τοιοῦτον, καὶ ἐκ τοῦ πονηροῦ τὸ ὁμνύουσι, ὅτε ἐπέδωκε τὰ τῆς ἀρετῆς. Εἰ δὲ διαβόλου ταῦτα ἐξ ἀρχῆς ἦσαν νόμοι, οὐκ ἂν τοσοῦτον ³¹ κατώρθωσαν. Καὶ γὰρ εἰ μὴ ἐκεῖνα πρῶτον προέδραμεν, οὐκ ἂν οὕτως εὐκόλως ἐδέχθη τὰ νῦν. Μὴ τοίνυν αὐτῶν ἀταίτη τὴν ἀρετὴν νῦν ³², ὅτε παρῆλθεν αὐτῶν ἡ χρεῖα· ἀλλὰ τότε, ὅτε ὁ καιρὸς αὐτὰ [230] ἐκάλε· μᾶλλον δὲ, εἰ βούλει, καὶ νῦν. Καὶ γὰρ καὶ νῦν ἡ ἀρετὴ αὐτῶν δείκνυται, ³³ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο μάλιστα, δι' ὃ παρ' ἡμῶν διαβάλλεται. Τὸ γὰρ τοιαῦτα αὐτὰ φαίνεσθαι νῦν, ἐγκώμιον αὐτῶν μέγιστόν ἐστιν. Εἰ γὰρ μὴ καλῶς ἡμᾶ; ἔθρεψε, καὶ πρὸς τὴν τῶν μειζόνων ὑποδοχὴν ἐπιτηδείους ἐποίησεν, οὐκ ἂν ἐφάνη τοιαῦτα. Ὅσπερ οὖν ὁ μαστὸς, ὅταν τὸ αὐτοῦ πληρώσῃ πᾶν, καὶ πρὸς τὴν τελευταίαν τράπεζαν τὸ παιδίον παραπέμπῃ, λοιπὸν ἀχρηστος φαίνεται, καὶ οἱ πρότερον ἀναγκαῖον αὐτὸν εἶναι νομίζοντες τῷ παιδίῳ γονεῖς, μυρῖοις αὐτὸν διαβάλ-

λοισι σκώμμασι· πολλοὶ δὲ οὐδὲ βήμασιν αὐτὸν μόνον διαβάλλουσιν, ἀλλὰ καὶ πικροὶς ἐπιχρῖουσι ³⁴ φαρμάκοις, ἵν' ὅταν μὴ ἰσχύσῃ τὰ βήματα τὴν ἀκαιρον περὶ αὐτὸν διάθεσιν ἀνελεῖν τοῦ παιδιοῦ, τὰ πράγματα σθέσῃ τὸν πόθον.

ς'. Οὕτω κατ' Ἄριστος ἐκ τοῦ πονηροῦ αὐτὰ ἐφρασαν εἶναι, οὐχ ἵνα δεῖξῃ τοῦ διαβόλου τὴν παλαιὰν οὐσαν, ἀλλ' ἵνα μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς ἀπαγάγῃ τῆς παλαιᾶς εὐτελείας. Καὶ πρὸς μὲν αὐτοὺς ταῦτα λέγει· ἐπὶ δὲ τῶν ἀναισθητῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπιμενόντων τοῖς αὐτοῖς, καθάπερ πικρὰ τιμὴ τῆς αἰχμαλωσίας· φόβῳ τὴν πόλιν περιχρῖσας, ἄβαν ἐποίησεν. Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ τοῦτο ἴσχυεν αὐτοὺς καταγγεῖν, ἀλλὰ πάλιν αὐτὴν ἐπεθύμουσαν ἰδεῖν, ὥσπερ παιδίον ἐπὶ τὴν θηλὴν κατατρέχοντες, τέλεον αὐτὴν ἀπέκρυψε, καθελὼν τε αὐτὴν, καὶ τοὺς πλείονας πόθῳ ταύτης ἀπαγαγόν· καθάπερ ἐπὶ τῶν βροχίων πολλοὶ τὰς δαμῆλεις ἀποκλείοντες, τῷ χρόνῳ πείθουσιν ἀποστῆναι τῆς παλαιᾶς τοῦ γάλακτος συντηθείας. Εἰ δὲ τοῦ διαβόλου ἦν ἡ Παλαιὰ, οὐκ ἂν τῆς εἰδωλολατρείας ἀπήγγαγεν, ἀλλὰ τοῦναντίον ἐνήγειν ἂν εἰς αὐτὴν καὶ ἐνέβαλλε ³⁵· τοῦτο γὰρ ὁ διάβολος ἤθελε. Νῦν δὲ τοῦναντίον δρωμεν ὑπὸ τῆς Παλαιᾶς γινόμενον. Καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο, ὁ ὄρκος, τὸ παλαιὸν διὰ τοῦτο ἐνομοθετήθη, ἵνα μὴ κατὰ τῶν εἰδωλῶν ὁμνύουσιν. Ὁμοίως γάρ, φησὶ, ὅτ' ἄριστος τὸν ἀληθινόν. Οὐ τοίνυν μικρὰ κατώρθωσεν ὁ νόμος, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μεγάλα. Τὸ γὰρ ἐπὶ τὴν στερεάν αὐτοὺς τροφὴν ἔλθειν, τῆς ἐκεῖνου σπουδῆς γέγονεν ἔργον. Τί οὖν; οὐχὶ τοῦ πονηροῦ, φησὶν, ἐστὶ τὸ ὁμνύουσι; Καὶ σφόδρα μὲν οὖν τοῦ πονηροῦ· ἀλλὰ νῦν, μετὰ τὴν τοσαύτην φιλοσοφίαν, τότε δὲ οὐ. Καὶ πῶς ἂν τὸ αὐτὸ γένοιτο, φησὶ, νῦν μὲν καλὸν, νῦν δὲ οὐ καλόν; Ἐγὼ δὲ τοῦναντίον λέγω· πῶς δὲ οὐκ ἂν γένοιτο καλὸν καὶ οὐ καλόν, τῶν πραγμάτων ἀπάντων αὐτῶν βροχίων, τῶν τεχνῶν, τῶν καρπῶν, τῶν ἄλλων ἀπάντων; Ὅρα γοῦν ἐπὶ τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας αὐτῶν πρῶτον συμβαῖνον. Τὸ γὰρ βαστάζεσθαι ἐν μὲν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ καλόν, μετὰ δὲ ταῦτα ὀλέθριον· τὸ μασημένην τροφὴν ἐσθίειν, ἐν μὲν προοιμίῳ τῆς ζωῆς ἡμῶν καλόν, μετὰ δὲ ταῦτα βδελυγμίας γέμει· τὸ γαλακτοτροφεῖσθαι καὶ πρὸς τὴν θηλὴν φεύγειν, ἐν ἀρχῇ μὲν χρῆσιμον καὶ σωτήριον, [231] μετὰ δὲ ταῦτα ὀλέθριον καὶ βλαβερόν. Ὅρα πῶς τὰ αὐτὰ πράγματα ὑπὸ τῶν καιρῶν καλὰ, καὶ οὐ τοιαῦτα φαίνεται πάλιν; Καὶ γὰρ τὸ ἰμάτιον φορεῖν παιδικὸν μειρακίῳ μὲν ὄντι καλόν, ἀνδρὶ δὲ γενομένῳ πάλιν αἰσχρόν. Βούλει καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων μαθεῖν, πῶς τῷ παιδί τὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀνάρμοστα πάλιν; Ἄδὲ τῷ παιδί ἰμάτιον ἀνδρικόν, καὶ πολὺς ἐστὶ ὁ γέλως, καὶ μείζων ὁ κίνδυνος, ἐν τῷ βαδίζειν οὕτω περιτρεπομένον πολλάκις. Ἄδὲ αὐτῷ μεταχειρίζειν πράγματα πολιτικά, καὶ ἐμπορεύεσθαι, καὶ σπεῖρειν, καὶ ἀμαρτῆσαι, καὶ πάλιν πολὺς ἐστὶ ὁ γέλως. Καὶ τί λέγω ταῦτα; Ὁ γὰρ φόβος ὁ παρὰ πᾶσιν ὠμολογημένος εὖρεμα εἶναι τοῦ πονηροῦ, οὗτος ἐπιλαβόμενος καιροῦ τοῦ προσήκοντος, τὸν ἐργασάμενον αὐτὸν φινεὶς ἱερῶσιν τιμηθῆναι ἐποίησεν. Ὅτι γὰρ ὁ φόβος ἔργον ἐκεῖνου, ἀκουσον τί φησὶν· Ἵμεις τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν· ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Ἄλλ' ἐγένετο ἀνθρωποκτόνος ὁ φινεὶς, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, φησὶν. Ὁ δὲ

²⁶ φιλω] Sic E. Ep. Ge. Arm. vulgo ἀφελῶ. ἐὰν ἀφελῶ αὐτὸν, δεδικαίωμαι A. C. ²⁷ Edelatur τί οὖν. δύναμαι μὴ ὄρᾶν; Luri integritas iisdem subidiis delatur. ²⁸ προβάλλεσθαι A. Ep. ²⁹ ὑμῖν] ὑμῶν B. D. F. 2. Mosiq. ὁ λόγος ὑμῶν Sav. Ben. ³⁰ ἦν] ἐστὶ B. F. p. p. ἦν om. iidem. ³¹ τοσοῦτοι A. C. κατώρθωσαι D. Mox εὐκόλως om. B. F. ³² νῦν addidi ex A. C. p. p. ὅτε post τότε excidit in D. Mor. Ben. ³³ Sic E. hoc ipso quoque quo maxime accusatur a nobis Ge. Vulgo legitur καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα παρ' αὐτῶν διαβάλλεται, nec aliter Arm. nisi quod ὑμῶν pro αὐτῶν habet. ³⁴ περιχρῖουσι B. F. οὐδὲ ἐνέβαλλε A. B. D. E.

illud thronus est, hæc scabellum, undique ipsos ad Dominum compellens. 36. *Neque per caput tuum, inquit, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.* Rursus non hominem admirans, subjunxit, neque per caput ejus esse jurandum, alioquin enim ipse homo adoratus fuisset; sed gloriam Deo referens, et ostendens, te ne quidem tui dominum esse, ergo neque juramentorum per caput emissorum. Si enim nemo filium suum alteri dederit, multo minus Deus opus suum tibi concedet. Etiam si enim caput tuum sit, sed alterius sit possessio: tantumque abest ne dominus ejus sis, ut ne minimum quidem possis in illo operari. Non enim dixit, Non potes producere capillum; sed, Neque ejus qualitatem mutare. Quid igitur, si quis, inquires, juramentum exigat, et necessitatem inducat? Dei timor necessitate sit potentior. Nam si velis hujusmodi causas objicere, nullum ex præceptis servabis. Nam et de uxore dicturus es: Quid igitur, si litigiosa et sumptuosa sit? Et de oculo dextro: Quid igitur, si diligam eum, et urar? Et de impudico aspectu: Quid igitur, an possum non videre? Et de ira in fratrem: Quid igitur, si præceps sim, et linguam tenere non possim? Et sic prorsus omnia supra dicta calcabis. Atqui in legibus humanis hæc obtendere non ausis, neque dicere, Quid igitur, si hoc, vel illud? sed seu sponte seu invitus ea que scripta sunt accipis. Alioquin autem numquam vim necessitatemve patieris. Nam qui beatitudines prius evangeticas audivit, ac seipsum ita composuit, ut Christus jussit, nullam a quovis homine hujusmodi necessitatem patietur, cum sit apud omnes admirandus et honorabilis. 37. *Sit autem sermo vester, est, est, et, non, non: quod autem ultra adjungitur, ex malo est.* Quid igitur supervacaneum illud est, ultra, *Est et non?* Juramentum, non autem perjurium. Hoc enim in confesso est, et nemo est qui didicerit, a malo esse, nec supervacaneum esse, sed contrarium: supervacaneum autem est, quod ultra et cum redundantia adjicitur, talique est juramentum. Quidnam vero dicit a malo esse? et si a malo erat, cur jubebatur in lege? Id ipsum etiam de uxore dices: Cur jam fornicatio reputatur id quod olim permittebatur? Quid ad hæc dicendum? Hæc tunc dicta fuisse secundum infirmitatem eorum qui leges accipiebant: nam et nidore victimarum coli indignum admodum Deo est, sicut balbutire indignum philosopho. Adulterium ergo nunc reputatur illud; et a malo est jurare, quando aucta et perfecta virtus est. Si vero hæc ab initio diaboli leges fuissent, non atique tantum profecissent. Etenim nisi illa prævisissent, non ita facile hæc nunc accepta fuissent. Noli igitur eorum requirere virtutem, quando eorum usus præterivit: tunc enim tempus id petebat; ino vero, si vis, etiam nunc. Nam eorum virtus ostenditur ex eo ipso quo magis accusatur. Quod enim hæc talia nunc videantur, eorum maxima laus est. Nisi enim nos pulchre nutritivisset, et ad majora recipienda idoneos reddidisset, non talia viderentur esse. Quemadmodum mamilla, cum suum implevit officium, et ad perfectiorem mensam puer mittitur,

demum inutilis videtur; parentes vero, qui illam pueri necessariam esso putabant, mille postea illam irrisionibus prosequuntur; multi autem non verba solum illam tradunt, sed etiam amaris illam oblinunt unguentis; ut si non possint verba importunum huiusmodi pueri affectum remove, res ipsæ desiderium avertant.¹ Sic Christus a malo hæc esse dixit, non ut ostenderet veterem legem a diabolo prodiisse, sed ut vehementius a veteri vilitate revocaret. Et discipulis quidem hæc dicit; sed Judæis stupidis et in iisdem perseverantibus, ceu quædam amaritudine, captivitate metu urbem circumlimitam inaccessam reddidit. Quia vero ne id quidem potuit ipsos retinere, sed eam rursus videre optabant quasi pueri ad mamillam accurrentes, demum illam occultavit, illa ipsa diruta, et plerisque eorum procul abluclis: quemadmodum plurimi vitulos, a vaccis abductos inclusosque, tempore assuefaciunt; ut a lactis consuetudine abscedant. Nam si diaboli vetus lex esset, non ab idololatria abduxisset, imo contra in illam coniecisset: id enim volebat diabolus. Nunc autem contrarium prorsus videmus a veteri lege effici. Et ipsum quoque juramentum ideo in veteri statutum fuit, ne per idola jurarent. *Jurate, inquit, per Deum verum (Jer. 4, 2).* Non igitur parva quædam lex efficit, sed magna utique. Nam ad solidum cibum accedere, id Servatoris fuit opus. Quid igitur? annon a malo est jurare? A malo est utique; sed nunc post tantam philosophiam; tunc autem minime. Et quomodo, inquires, id ipsum possit esse nunc bonum, nunc minime bonum? Ego autem e contrario dico, quomodo non sit et bonum et non bonum, rebus omnibus sic clamantibus, artibus, fructibus, aliisque omnibus? Primum id videas in natura nostra contingere. Gestari enim in prima ætate bonum est, postea vero perniciosum; præmansis uti cibis in primo vite tempore bonum, postea vero horrore plenum; lacte ali et ad mamillam confugere initio utile est et salutare, postea vero perniciosum et noxium. Viden' quomodo eadem res secundum tempora bonæ sint, et postea non tales appareant? Nam puerile pallium gestare pueri quidem honestum, viro autem turpe. Visne etiam ex contrariis id ipsum discere, quomodo quæ viro competunt, pueri apta non sint? Da pueri pallium virile, hinc plurimus sequetur risus, majusque in incedendo periculum, ita sæpe huc illuc vertetur. Da etiam illi civilia negotia tractanda, vel mercaturam, vel serendi metendique artem, et ridiculum hoc videbitur. Et cur hæc dico? Nam cædes, quam inventum esse diaboli in confesso apud omnes est, opportuno tempore facta, interfectorem Phineem sacerdotii honore decoravit (Num. 25). Quod enim cædes sit opus diaboli, audi quomodo dicat ipse: *Vos opera patris vestri vultis facere: ille homicida erat a principio (Joan. 8. 41. 44).* Sed homicida fuit etiam Phinees, *Et repu-*

¹ His verbis notam arithmetiçam 6 præfixerat Montefalconius, hinc perperam novum ordiens paragraphum. Non tolerandum hoc apodosios a prohi divortium correximus. EBR.

tutum est ei ad justitiam (Paul. 103, 31), inquit. Abraham vero non homicida solum, sed etiam filii interfector factus, quod pejus erat. sic magis Deo placuit. Petrus vero duplicem cædem fecit, attamen spirituale erat id quod factum est (Act. 5). Ne itaque simpliciter res examinemus, sed etiam tempus et causam et voluntatem et personarum differentiam, et illa omnia quæ una concurrunt accurate exploremus: neque enim potest veritas alio attingi modo: studeamusque, si velimus regnum assequi, supra vetera præcepta aliquid operari, quia non possumus aliter cælestiæ obtinere. Nam si ad mensuram tantum veterum perveniamus, extra limina stabimus. *Nisi enim abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum* (Matth. 5. 20). Attamen post comminationem hujusmodi quidam sunt qui non modo justitiam illam non superant, sed longe post illam relinquunt. Non modo enim juramenta non fugiunt, sed etiam pejerant; non modo impudicum aspectum non devitant, sed etiam in ipsum turpem actum prorunt, aliaque omnia prohibita impune audent: unum tantum expectantes supplicii diem, quando pro sceleribus suis extremas dabunt penas: quod unum repositum est iis qui in nequitia vitam obeunt. De illis quippe desperandum est, et nihil aliud expectandum, quam supplicium. Qui enim hic adhuc supersunt, facile possunt et pugnare, et vincere, et coronari.

7. *Moralis exhortatio de ableganda consuetudine jurandi. Prææ consuetudinis eliminandæ modus.*—Ne itaque concidas, mi homo, neque bonam illam alacritatem amittas. Neque enim onerosa sunt ea quæ jubentur. Quis, quæso, labor in vitando juramento? num pecuniarum impensa est? num sudor et ærumina? Sufficit tantum velle, et totum factum est. Si vero consuetudinem mihi objicias, ob hoc ipsum maxime dico facilem esse emendationem. Nam si in aliam te consuetudinem transferas, jam totum perfecisti. Cogita enim multos apud gentiles esse, qui balbi cum essent, multo studio offendentem linguam correxerunt; alios qui cum humeros frequenter et indecenter agitarent moverentque, appposito gladio, dehinc ab hoc abstinuerunt. Quia enim Scripturis non obtemperatis, ab externorum exemplis vos admonere cogor. Hoc etiam Deus Judæis faciebat his verbis: *Abite in insulas Chætiim, et in Cedar mittite: et discite si mutaverint gentes deos suos: et ipsi non sunt dii* (Jer. 2. 10. 11). Imo ad irrationabilia sæpe mittit, dicens: *Vade ad formicam, piger, et æmulare vias ejus, et vade ad apem* (Prov. 6. 6). Hoc itaque et ego nunc vobis dico: Considerate Græcorum philosophos, et tunc scietis quanto sint digni supplicio ii qui divinas leges transgrediuntur: cum illi pro humana hac honestate labores innumeros pertulerint, vos vero ne pro cælestibus quidem bonis¹ parem exhibere diligentiam velitis. Si porro post hæc dixeris, posse consuetudinem intercipere etiam illos qui admodum sibi cavent, id etiam ego fateor; unum id adjicio: ut facile intercipi

¹ Alii, *pro cælis quidem.*

potes, ita facile potes te emendare. Si enim multos tibi domi custodes statuas, servum videlicet, uxorem, amicum, ab omnibus pulsus atque agitato, facile a prava consuetudine absistes. Si per decem dies ita agendo perseveres, non erit diuturniore tempore opus; sed tibi res in tuto posita erit, consuetudinis optimæ firmitate jam radices mittente. Cum ergo cœperis id corrigere, etiamsi semel aut bis legem transgrediaris, etiamsi ter vigesiesque, ne desperes: sed resurge, eandemque curam suscipe, planeque superabis. Neque enim leve malum est perjurium. Si enim jurare a malo est, pejerare quanto supplicio erit obnoxium? Hæc dicta laudastis? Sed plausibus, tumultu et sonitu non opus est mihi. Unum volo tantum, ut cum quiete et sagaci attentione quæ dicuntur audientes, dicta exsequamini. Hoc mihi plausus et laudis loco est. Si vero ea quæ dicuntur audias, et non facias ea quæ laudas, majus erit supplicium, gravior accensio, nobisque pudor et irrisio. Non enim theatrum sunt hæc, non tragædos nunc spectatis, ut solum plaudatis. Magisterium est hic spirituale. Quapropter unum studium est, ut quæ dicuntur opere compleatis, et obedientiam gestis commonstretis. Tunc enim omnia assequuti crimus: at nunc pene desperare cogor. Nam et privatim eos, qui me convenerunt, hæc monere non cessavi, et vobis in commune loquutus, nihil tamen hinc fructus hactenus perceptum video: sed vos primis adhuc elementis hærentes cerno: quod sane maximum potest docenti fastidium generare. Vide igitur et Paulum id moleste ferentem, quod auditores multo tempore in priore disciplinæ gradu manerent. *Num cum deberetis, inquit, magistri esse propter tempus, rursus indigetis ut doceamini¹. quænam elementa sint principii sermonis Dei* (Hebr. 5. 12). Ideo et nos lugemus et plangimus. Ac si perseverantes vos videro, vos demum sacrorum liminum aditu interdico, nec non participatione immortalium mysteriorum, quemadmodum fornicatores, adulteros, et eos qui de cædibus accusantur. Mellus namque est cum doctis vel tribus leges Dei observantibus consuetas afferre preces, quam cœtum congregare improborum, qui cæteros corrumpunt. Ne quis dives, ne quis e primoribus infletur, vel supercilia attollat. Hæc oronia mihi fabula sunt, umbra et somnium. Nullus enim eorum, qui nunc opulentiores sunt, mihi tunc patrociniabitur, cum accusabor et rationes dare cogar, quod non cum debita vehementia leges Dei vindicaverim. Hoc enim, hoc certe admirandum illum senem, Heli dico, perdidit, etsi irreprehensibilem duxerat vitam: attamen quia, cum conculcatis Dei leges videret, id neglexit, cum filiis punitus est, et grave supplicium subit. Si autem ubi tanta naturæ tyrannis erat, is, qui non debita severitate cum filiis suis est usus, ita graves dedit penas, qua nos venia donabimur ab illa tyrannide liberati, qui tamen omnia adulatione corrumpimus? Ne itaque et nos et vos ipsos perdatis, obtemperate, obsecro, ut innumeros vobis exploratores et monitores constituentes, a juramentorum consuetu-

¹ Alii, *rursus indigetis tempore, ut doceamini.*

Ἄδραμά οὐκ ἀνθρωποκτόνος μόνον, ἀλλὰ καὶ παιδοκτόνος (ὁ πολλῶν ²⁶⁻²⁹ χείρων ἦν) γενόμενος, μειζόνως εὐδοκίμησε πάλιν. Καὶ ὁ Πέτρος δὲ διπλοῦν εἰργάσατο φόνον, ἀλλ' ὅμως πνευματικὸν τὸ γενόμενον ἦν. ³⁰ Μὴ τοίνυν ἀπλῶς τὰ πράγματα ἐξετάζωμεν, ἀλλὰ καὶ καιρὸν, καὶ αἰτίαν, καὶ γνώμην, καὶ προσώπων διαφορὰν, καὶ ὅσα ἂν αὐτοῖς ἕτερα συμβαίη ³¹ πάντα μετὰ ἀκριβείας ζητῶμεν· οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἐτέρως ἐφελθεῖν τῆς ἀληθείας· καὶ σπουδάζωμεν, εἰ βουλοίμεθα βασιλείας ἐπιτυχεῖν, πλεον τι τῶν παλαιῶν ἐπαδείξασθαι ἐπιταγμάτων, ὡς οὐκ ἔνδον ³² ἄλλως ἐπιλαθέσθαι τῶν οὐρανίων. Ἄν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ μέτρον τῶν παλαιῶν φθάσωμεν, ἔξω τῶν προθύρων στησόμεθα τούτων. Ἄν γὰρ μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν πλέον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ δύνασθε εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἄλλ' ὅμως, καὶ τοσαύτης ἀπειλῆς καίμενης, εἰσὶ τινες, οἳ οὐ μόνον οὐχ ³³ ὑπερβαίνουσι τὴν δικαιοσύνην ἐκείνην, ἀλλὰ καὶ ὑστεροῦσιν αὐτῆς. Οὐ γὰρ μόνον ὄρκους οὐ φεύγουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπιφοροῦσιν· οὐ μόνον ἀκόλαστον ὄψιν οὐκ ἐκκλίνοσιν, ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὴν τὴν πονηρὰν ἐπιπίπτουσι κερξίν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀναλήγτως τὰ κεκωλυμένα τολμῶσιν· ἐν μόνον ἀναμένοντες, τῆς κολάσεως τὴν ἡμίραν, καὶ τότε ³⁴ τὴν ἐσχάτην τῶν πεπλημελιημένων δώσουσι δίκην· ὁ τῶν ἐν πονηρίᾳ καταλυσάντων τὸν βίον ἐστὶ μόνον. Ἐκείνους γὰρ ἀπογινοῦσιν χρεῖ, καὶ μὴ δὲν ἕτερον ἢ τὴν κόλασιν λοιπὸν ἀναμένειν. Οἳ γὰρ ἐνταῦθα ὄντες ἔτι, καὶ ἀναμαχησασθαι ³⁵ δυνήσονται, καὶ νικήσαι, καὶ στεφανωθῆναι ῥηδίως.

Ζ'. ³⁶ Μὴ τοίνυν ἀναπέσης, ἄνθρωπε, μηδὲ τὴν καλὴν καταλύσης προθυμίαν· οὐδὲ γὰρ φορτικὰ τὰ ἐπιταγόμενα. Ποῖος πόνος, εἰπέ μοι, ὄρκον φεύγειν; μὴ γὰρ βασιλεὺς χρημάτων ἐστί; μὴ γὰρ ἰδρῶς καὶ ταλαιπωρία; Ἄρχει θελήσαι μόνον, καὶ τὸ πᾶν γέγονεν. Εἰ δὲ τὴν συνήθειάν μοι ³⁷ προβάλλῃ, [232] εἰ αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα εὐκόλον εἶναι φημι τὸ κατέρθωμα. Ἄν γὰρ εἰς ἕτεραν σαυτὸν καταστήσης συνήθειαν, τὸ πᾶν κατέρθωσας. Ἐνόησον γοῦν οἱ παρ' Ἑλλήσι πολλοί, οἳ μὲν τραυλίζοντες, μελέτη πολλῇ χωλεύουσιν αὐτοῖς τὴν γλῶσσαν διώρθωσαν· οἳ δὲ τοὺς ὤμους ἀτάκτως ἀναφερομένους ³⁸ καὶ κινουμένους συνεχῶς, ξίφος ἐπιτιθέμενοι ἀπέστησαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ Γραφῶν οὐ πείθεσθε, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἀναγκάζομαι ἐντρέπειν. Τοῦτο καὶ ὁ θεὸς πρὸς Ἰουδαίους ἐποίησεν λέγων· *Πορεύθητε εἰς γῆσουσας Χετιεῖ, καὶ εἰς Κηθάρ ἀποστείλατε, καὶ γράψατε εἰ ἀλλάξονται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν· καὶ αὐτοὶ νῦν εἰσὶ θεοί.* Καὶ πρὸς τὰ ἄλογα δὲ πέμπει πολλάκις, οὕτω λέγων· *Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα, ὃ ὀκνηρὸν, καὶ ζήλωσον τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν.* Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐγὼ νῦν ³⁹ ὅμην ἐρῶ· ἐνόησατε τοὺς Ἑλλήνων φιλοσόφους, καὶ τότε εἰσαθε πόσης ἐσμὲν ⁴⁰ ἀξιοὶ κολάσεως οἱ τῶν νόμων τῶν θείων παρακούοντες· ὅταν ἐπινοοῦν μὲν ὑπὲρ εὐσχημοσύνης ἀνθρωπίνης μυρία ὡς πείπονχότες ⁴¹, ὁμῆς δὲ μηδὲ ὑπὲρ τῶν οὐρανίων τὴν αὐτὴν παρέρχοσθε σπουδῆν. Εἰ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα λέγοις, ὅτι δεῖνόν ἢ συνήθεια κλέψαι καὶ τοὺς

σφοδρὰ σπουδάζοντας, ὁμολογῶ μὲν τοῦτο καὶ ὁμῶν κακεῖνο μετὰ τούτου φημι, ὅτι ὡσπερ εἰνὸν ἀπατήσαι, οὕτω καὶ εὐκόλον διορθωθῆναι. Ἄν γὰρ ἐπιστήσης ἐπὶ τῆς οἰκίας πολλοῦς σαυτῷ φύλακας, οἷον τὸν οἰκέτην, τὴν γυναῖκα, τὸν φίλον, ῥηδίως ὑπὸ πάντων συνωθούμενός τε καὶ συναλυνόμενος, ἀποστήσῃ τῆς πονηρᾶς συνήθειας. Κἂν δέκα ἡμέρας μόνον αὐτὸ κατορθώσης, οὐκέτι δεῆσθαι λοιπὸν ἐτέρου χρόνου, ἀλλὰ κείσεται σοι μετὰ ἀσφαλείας τὸ πᾶν, τῆς τῆς καλλίστης συνήθειας στερόβροττι πάλιν βιζωθέν. Ὅταν οὖν ἀρξῇ τοῦτο διορθοῦν, κἂν ἀπαξ, κἂν δευτέρον παραβῆς τὸν νόμον, κἂν τρίτον, κἂν εἰκοστὸν, μὴ ἀπογνῶς· ἀλλὰ πάλιν ἀνάστηθι, καὶ ἐπιλαβοῦ τῆς αὐτῆς σπουδῆς, καὶ περιέσθαι πάντως. Οὐδὲ γὰρ τὸ τυχερὸν ἐστὶ κακὸν ἐπιπορξία ⁴². Εἰ δὲ τὸ ὀμνύσαι τοῦ πονηροῦ, τὸ ἐπιπορκεῖν πόσῃ οἴσει τὴν τιμωρίαν; Ἐπηνέσατε τὰ εἰρημένα; Ἄλλὰ μοι κρότων οὐ δεῖ, οὐδὲ θορύβων, οὐδὲ ἤχης. Ἐν βούλομαι μόνον, μεθ' ἡσυχίας καὶ ἐπιστήμης ἀκούοντας, ποιεῖν τὰ λεγόμενα. Τοῦτό μοι κρότος, τοῦτο ἐγκώμιον. Ἄν δὲ ἐπαινήσῃς μὲν τὰ εἰρημένα, μὴ ποιῆς δὲ ἄπερ ἐπαινεῖς, μαίζων μὲν ἢ κολάσις, πλείων δὲ ἢ κατηγορία, καὶ ἡμῖν αἰσχύνῃ καὶ γέλωι. Οὐδὲ γὰρ θέατρον ἐστὶ τὰ παρόντα, οὐ τραγῳδοὺς κάθησθε θεώμενοι νῦν, ἵνα κροτῆτε μόνον. Διδασκαλεῖον ἐστὶ τὰ ἐνταῦθα πνευματικόν. Διδὸ καὶ τὸ σπουδαζόμενον ἐν ἐστίν, ὡστε κατορθώσαι τὰ εἰρημένα, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπιτελεῖαι τὴν ὑπακοήν. Τότε γὰρ τὸ πᾶν ἐσόμεθα ἀπειληφότες· ὡς νῦν γε καὶ ἀπηγορεύσαμεν λοιπόν. Καὶ γὰρ καὶ τοῖς ἰδίᾳ συντυγχάνουσιν οὐ διέλιπον ταῦτα παραινῶν, καὶ ὅμην κοινῇ διαλεγόμενος, καὶ οὐδὲν ὄλω ὄρω γεγεννημένον πλέον [233], ἀλλ' ἐτι τῶν προτέρων ὅμᾳς ἐχομένους στοιχείων· ὅπερ ἱκανὸν τῆρ διδάσκοντι πολλὸν ἐνδοξαῖον τὸν δκνον. Ὅρα γοῦν καὶ Παῦλον διὰ τοῦτο δυσανασχετούμενα, ὅτι πολλὸν χρόνον ⁴³⁻⁴⁶ τοῖς προτέροις ἐνδοξοῖσιν μαθημασιν οἱ ἀκραταί. Καὶ γὰρ *ὀφείλοντες εἶναι, φησὶ, διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρεῖαν ἔχετε τοῦ διδάσκεισθαι ὁμᾶς, τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ θεοῦ.* Διδὸ καὶ ἡμεῖς θρηνοῦμεν καὶ ὀδυρόμεθα. Κἂν ἐπιμένοντας ἴδω, ἀπαγορεύωμ λοιπὸν ὅμην τῶν ἱερῶν τούτων ἐπιθῆναι προθύρων, καὶ τῶν ἀθανάτων μετασχεῖν μυστηρίων, ὡσπερ τοῖς πορνεύουσι καὶ μοιχεύουσι καὶ ἐπὶ φόνοις ἐγκαλούμενοις. Καὶ γὰρ βέλτιον μετὰ δύο καὶ τριῶν τοὺς τοῦ θεοῦ φυλαττόντων νόμους τὰς συνήθεις ἀναφέρειν εὐχὰς, ἢ πληθὺς ἐπισύρσασθαι παρανομούντων καὶ τοὺς ἄλλους διαφθειρόντων. Μὴ μοι τις πλοῦσις, μὴ μοι τις δυνάστης ἐνταῦθα φυσάτω, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνασπάτω. Πάντα μοι ταῦτα μῦθος καὶ σκιά καὶ ὄναρ. Οὐδεὶς γὰρ τῶν νῦν πλουτούντων ἐκεῖ μου προστήσεται, ὅταν ἐγκαλῶμαι καὶ κατηγορῶμαι, ὡς μὴ μετὰ τῆς προσηκούσης σφοδρότητος τοὺς τοῦ θεοῦ διεδικήσας νόμους. Τοῦτο γὰρ, τοῦτο καὶ τὸν θαυμαστὸν ἐκείνον πρὸς ὑμῶν ⁴⁷ ἀπέλεσε, καίτοι βίον παρεχόμενον ἀληπίων· ἀλλ' ὅμως, ἐπειδὴ τοὺς τοῦ θεοῦ νόμους πατομένους ὑπερείδεν, ἐκολάζετο μετὰ τῶν παιδῶν, καὶ τὴν χαλεπὴν ἐδίδου τιμωρίαν. Εἰ δὲ ἐνθα τοσαύτη τῆς φύσεως ἦν ἡ τυραννίς, ὃ μὴ μετὰ τῆς προσηκούσης ἀνδρείας τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ χρησάσονται

²⁶⁻²⁹ πολλῶν] καὶ πολλῶν Edd. ³⁰ Incipit τὸ ἡθικόν. A. Sav. ³¹ συμβαίνοι B. C. D. E. συμβαίνειν (om. ἂν) F. ³² ἐνδον] δυνατὸν D. ἐν Edd. p. r. τῶν οὐρανῶν D. F. ³³ οὐχ οἶμ. A. D. F. et pr. E. ³⁴ τότε] τότε F. et corr. B. ³⁵ ἀναμαχησασθαι] Sic E. favenite Arm. ceteri μάχεσθαι. μαχησασθαι Edd. ³⁶ Incipit τὸ ἡθικόν B. Arm. Περὶ τοῦ μὴ ὀμνύσαι. ³⁷ μοι] νόμον B. D. ut legem Gc. ³⁸ φερόμενοις B. F. p. r. ἐπιθέμενοις E. F. ³⁹ νῦν οἶμ. B. F. ⁴⁰ ἐσμὲν] εἰσιν Edd. Mox οἱ τῶν θείων παρακούοντες νόμων E. οἱ τὸν νόμον τὴν θεῶν παραβαίνοντες B. F. ⁴¹ πείπονχότες B. D. F. p. r. ὑπὲρ τῶν οὐρανῶν D. ⁴² ἢ ἐπιπορξία Edd. ⁴³⁻⁴⁶ χρόνον οἶμ. B. D. F. ⁴⁷ πρὸς ὑμῶν] add. τὸν Ἥλι λέγω E. πρὸς τοῦ Ἥλι C. in marg.

οὕτω χαλεπὴν ἔδωκε δίκην, τίνα ἔξομεν συγγνώμην ἡμεῖς, καὶ τῆς τυραννίδος ἐκείνης ἀπηλλαγμένοι, καὶ κολακεία τὸ πᾶν διαφθείροντες; Ἴν' οὖν μὴ καὶ ἡμᾶς καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς προσκόψετε, πείσθητε, παρακαλῶ, καὶ μυριάς ἐξεταστὰς καὶ λογιστὰς ἐαυτοῖς καταστήσαντες, ἀπαλλάγητε τῆς τῶν ὄρκων

συνθηθείας, ἵνα ὁδῶ προβαίνοντες ἐντεῦθεν, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν μετ' εὐκολίας κατορθώσητε πάσης, καὶ τῶν μελλόντων ἀπολαύσητε ἀγαθῶν ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

[234] ΟΜΙΛΙΑ ΙΗ'.

Ἐκούσατε ὅτι ἐρόβηθ' Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστήναι τῷ πονηρῷ· ἀλλ' ὅστις σε ραπισοῖ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. Καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον.

α'. Ὁρᾷς ὅτι οὐ περὶ ὀφθαλμοῦ τὰ πρότερα ἔλεγεν, ἦνίκα ἐνομοθέτει ὀφθαλμὸν ἐκκόπτειν τὸν Ἰσραηλῆζοντα, ἀλλὰ περὶ τοῦ διὰ φιλίας βλάπτοντος ἡμᾶς, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας ἐμβάλλοντος βάραθρον; Ὁ γὰρ τοσαύτην ἐνταῦθα ποιούμενος τὴν ὑπερβολήν, καὶ μὴδὲ ἔτερον ἐξορῦτοντος τὸν ὀφθαλμὸν ἐπιτρέπων ἐκκόψαι τὸν ἐκείνου, πῶς ἂν τὸν ἑαυτοῦ ἐκκόπτειν ἐνομοθέτησεν; Εἰ δὲ τις τοῦ παλαιοῦ κατηγορεῖ νόμου, διὰ τὸ κελεύειν οὕτως ἀμύνεσθαι. σφόδρα μοι δοκεῖ σοφίας νομοθέτη πρεπούσης ἀπειροῦ εἶναι, καὶ καιρῶν δύναμιν ἀγνοεῖν, καὶ συγκαταβάσεως κέρδος. Ἄν γὰρ ἐνοήσῃ ὅτι τίνες ἦσαν οἱ ταῦτα ἀκούοντες, καὶ πῶς διακείμενοι, καὶ πότε τὴν νομοθεσίαν ἰδέξαντο ταύτην, σφόδρα ἀποδέξεται τοῦ νομοθέτου τὴν σοφίαν, καὶ ἤσεται ὅτι εἰς καὶ ὁ αὐτὸς ὁ ἐκεῖνα καὶ ταῦτα νομοθετήσας ἐστὶ, καὶ σφόδρα χρησίμως ἐκάτερα καὶ μετὰ τοῦ προσήκοντος γράφας καιροῦ. Καὶ γὰρ εἰ παρὰ τὴν ἀρχὴν τὰ ὑψηλὰ ταῦτα καὶ ὑπεροχὰ εἰσάγαγε παραγέλλματα, οὐτ' ἂν ταῦτα ἐδέξατο, οὕτε ἐκεῖνα· νυνὶ δὲ ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι ἐκάτερα διαθεῖς, τὴν οἰκουμένην δι' ἀμφοτέρων κατώρθωσεν ἅπαντας. Ἄλλως δὲ καὶ τοῦτο ἐκέλευσεν, οὐχ ἵνα τοὺς ἀλλήλων ἐκκόπτωμεν ὀφθαλμούς, ἀλλ' ἵνα παρ' ἑαυτοῖς τὰς χεῖρας κατέχωμεν. Ἢ γὰρ ἀπειλὴ τοῦ παθεῖν τὴν ἐπὶ τὸ δρᾶσαι ὀρμὴν διεκώλυσε. Καὶ οὕτω δὴ πολλὴν ἠρέμα ὑποσπείρει τὴν φιλοσοφίαν, ὅπου γε παθόντα τοῖς ἰσοῖς ἀμύνεσθαι κελύει· καίτοιγε μείζονος κολάσεως ἀξίος ἦν ὁ τῆς παρανομίας ταύτης κατάρξας, καὶ τοῦτο ὁ τοῦ δικαίου λόγος ἀπαιτεῖ. Ἄλλ' ἐπειδὴ καὶ φιλανθρωπίαν ἐβούλετο κερᾶσαι τῷ δικαίῳ, τὸν μείζονα πλημμελήσαντα ἐλάττωνι τῆς ἀξίας καταδικάζει τιμωρίᾳ, παιδεύων καὶ ἐν τῷ πάσχειν πολλὴν ἐπιδεικνύσασθαι τὴν ἐπιεικίαν. Εἰπόντων τούτων παλαιῶν νόμων, καὶ ἀναγνοῦς αὐτὸν ἅπαντα, δείκνυσσι πάλιν οὐ τὸν ἀδελφὸν ὄντα τὸν ταῦτα ἐργασάμενον, ἀλλὰ τὸν πονηρὸν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐπήγαγεν· Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστήναι τῷ πονηρῷ. Οὐκ εἶπε, Μὴ ἀντιστήναι τῷ ἀδελφῷ, ἀλλὰ, τῷ πονηρῷ· δεικνύς ὅτι ἐκείνου κινουόντος ταῦτα τολμᾶται, καὶ ταύτη τὸ πολὺ τῆς ὀργῆς τῆς πρὸς τὸν πεποιηκότα χαλῶν καὶ ὑποτεμνόμενος, [235] τῷ τὴν αἰτίαν ἐφ' ἕτερον μεταθεῖναι. Τί οὖν; οὐ χρὴ ἡμᾶς ἀνθίστασθαι τῷ πονηρῷ; φησὶ. Ἀεὶ μὲν, οὐ τοῦτ' ἐστὶ τῷ τρόπῳ· ἀλλ' ὡς αὐτὸς ἐπέταξε, τῷ παρέχειν ἑαυτὸν πάσχειν κακῶς· οὕτω γὰρ αὐτοῦ περιέστη. Οὐδὲ γὰρ πυρὶ σβέννυται πῦρ, ἀλλ' ὑδατι πῦρ. Ἴνα δὲ μάθῃς ὅτι καὶ ἐν τῷ παλαιῷ νόμῳ ὁ παθὼν κρατεῖ μᾶλλον, καὶ οὕτως ἐστὶν ὁ στεφανώμενος, ἐξέτασον αὐτὸ τὸ γινόμενον, καὶ ἴσῃ πολλὴν αὐτοῦ τὴν προεδρίαν οὔσαν. Ὁ μὲν γὰρ ἄρ-

ξας χειρῶν ἀδίκων, ἀμφοτέρους αὐτὸς ἔσται ἀνηρηκῶς τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ τὸν τοῦ πλησίον, καὶ τὸν αὐτοῦ. Διὰ καὶ μισεῖται παρὰ πάντων δικαίως, καὶ μυρίαίς βάλλεται κατηγορίαις. Ὁ δὲ ἠδικημένος, καὶ μετὰ τὸ τοῖς ἰσοῖς ἀμύνεσθαι, οὐδὲν ἔσται δεινὸν πεπονηκῶς. Διὰ καὶ πολλοὺς ἔχει τοὺς συναλγούντας, ἅτε καθαρὸς ὢν, καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι, ταύτης τῆς πλημμελείας. Καὶ τὰ μετὰ τῆς συμφορᾶς ἴσα ἀμφοτέροις· τὰ δὲ τῆς δόξης οὐκ ἴσα, οὕτε παρὰ Θεῷ, οὕτε παρὰ ἀνθρώποις. Διόπερ λοιπὸν οὐδὲ τὰ τῆς συμφορᾶς ἴσα. Ἀρχόμενος μὲν οὖν ἔλεγεν· Ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰπὴ, καὶ ὁ μωρὸν καλῶν, ἐνοχος ἔσται τῇ γέννη τῷ πυρὸς· ἐνταῦθα δὲ καὶ πλεονα ἀπαιτεῖ φιλοσοφίαν, οὐ μόνον κελεύειν ἡσυχάζειν τὸν πάσχοντα κακῶς, ἀλλὰ καὶ ἀντιφιλοτιμεῖσθαι μείζονος, τὴν ἑτέραν παρέχοντα σιαγόνα. Τοῦτο δὲ λέγει, οὐ περὶ τῆς τοιαύτης πληγῆς νομοθετῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν ἅπασιν τοῖς ἄλλοις ἀνεξικακίαν παιδεύων ἡμᾶς.

β'. Ὅσπερ γὰρ ὅταν λέγῃ, ὅτι Ὁ καλῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μωρὸν, ἐνοχος ἔσται τῇ γέννη, οὐ περὶ τοῦ βήματος τοῦτου λέγει μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ λοιδορίας ἀπάσης· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, οὐχ ἵνα ραπισόμενοι φέρωμεν γενναίως, νομοθετεῖ, ἀλλ' ἵνα καὶ πᾶν ὄσιον πάσχοντες μὴ θορυβώμεθα. Διὰ τοῦτο κάκει τὴν ἐσχάτην ὕβριν ἐπέλεξετο, καὶ ἐνταῦθα τὴν μάλιστα δοκοῦσαν εἶναι πληγὴν ἐπονειδίστον, τὴν ἐπὶ σιαγόνος, καὶ πολλὴν ἔχουσαν τὴν ὕβριν τέθεικε. Κελύει δὲ τοῦτο, ὑπὲρ τε τοῦ πλήττοντος, ὑπὲρ τε τοῦ πληττομένου τὸν λόγον ποιούμενος. Ὁ τε γὰρ ὕβρισμένος, οὐδὲν ἠγῆσται πάσχειν δεινόν, οὕτω παρεσκευασμένος φιλοσοφεῖν (οὐδὲ γὰρ τῆς ὕβριως αἰσθησὶν λήψεται, ἅτε ἀγωνιζόμενος μᾶλλον ἢ τυπόμενος)· ὁ τε ἐπιρραζῶν καταισχυνηθεὶς οὐκέτι δευτέραν ἐπάξει πληγὴν, κἂν θηρίον παντὸς χαλεπώτερος ἦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ προτέρᾳ σφόδρα ἑαυτοῦ καταγνώσεται. Οὐδὲν γὰρ οὕτω κατέχει τοὺς ἀδικούντας, ὡς τὸ φέρειν τοὺς ἀδικουμένους ἐπιεικῶς τὰ γινόμενα· οὐ κατέχει δὲ μόνον τῆς προσωτέρω ρύμης, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς φθάσαι μετανοῆσαι παρασκευάζει, καὶ θαυμάζοντας τὴν ἐπιεικίαν ἀναχωρεῖν, καὶ οἰκειότερους καθίστησι, καὶ δούλους, οὐχὶ φίλους μόνον, ἀντὶ ἐχθρῶν καὶ πολεμίων ποιεῖ· ὥσπερ οὖν τὸ ἀμύνεσθαι, τὰ ἐναντία ἅπαντα· ἀμφοτέρους τε γὰρ καταισχύει καὶ [236] χείρους κατασκευάζει, καὶ τὴν ὀργὴν εἰς μείζονα ἀνάγει· φλόγα· καὶ πολλάκις καὶ εἰς θάνατον καταστρέφει περαιτέρω τὸ δεινὸν προβαῖνον. Διὰ τοῦτο οὐ μόνον ραπισόμενον ἐκέλευσε μὴ ὀργιζέσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐπιπιπᾶν αὐτοῦ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπέταξεν, ἵνα μὴδὲ τὸ πρότερον δόξης ἄκων ὑπομενηκέναι. Οὕτω γὰρ καὶ ἀναίσχυτον ὄντα καιρῶν ὀργὴν πληθεῖ πληγῇ μᾶλλον, ἢ εἰ τῇ χειρὶ ἐπληξας, καὶ ἀναίσχυτότερον ὄντα ἐπιεικίστερον ποιήσας. Τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ πληγῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ χρημάτων βούλεται τὴν τοιαύτην ἀνεξικακίαν παρέχεσθαι. Διὰ πάλιν τὴν αὐ-

ἴτον om. B. F. ἴ ἀμύνεσθαι A. D. et κερήν. ἴ διεκώλυσε D. ἐκώλυσε F. ἴ ἀπῆται B. F. ἴ καὶ] ὡς καὶ B. F. ἐπιδεικνύσασθαι] add. χρῆ iidem. ἴ αὐτὸς] τε αὐτὸς D. E. F. ἴ οὐδὲ Edd. οὐδὲ his Sav. ἴ οὕτε A. C. E. ἴ γέννη] add. τοῦ πυρὸς Edd. ἴ ραπισόμενοι] add. μόνον Edd. ἴ ἐπέλεξετο F. ἴ ἐπέλεξετο A. ἴ ἐπὶ] add. τῆς B. F. ἴ ἀναχωρεῖν] πεθεῖ ἀναχωρεῖν A. οὕτως ἀναχωρεῖν F. ἴ ἅπαντα om. A. B. C. D. F. Deinde τοὺς ἀμφοτέρους τε καταισχύει B. τοὺς γὰρ ἀμφ. κατ. F. ἴ ἀνάγει] ἀνάπτει A. ἴ καιρίαν (hoc D.)... πληγὴν B. F. ἴ αὐθαδέστερον B.

dine liberemini, ut hinc pergentes, aliam quoque virtutem cum facilitate magna impleatis, et futuris fruarini bonis : quæ nos omnes assequi contingat,

gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XVIII.

CAP. 5. v. 38. *Audistis quia dictum est : Oculum pro oculo, et dentem pro dente.* 39. *Ego autem dico vobis, non resistere malo : sed si quis percusserit te in dexteram maxillam, præbe ei et alteram.* 40. *Et volenti tecum in iudicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium.*

